

CIAL

[Handwritten mark]

TOLEDO

BIBLIOTECA PROVINCIAL

Sala

Terrada

Número

860

Sala Reservada I.D.D.

Tit 147824
C 1196852

R 376188

~~15-15-2~~

1000
1000

In cruce domini nos librarij oportet. 2

❧ IACOBI SAL-
uatoris Murgen-
sis Philosophi
& Theo-

logi,


POETICA.

Quanam in his contineantur sequens
pagella ostendet.

1640 SALMANTICAE,

Excudebat Ioannes à Canoua,

M, D, LULII.



IACOBI SALVATO
ris Murgensis philoso-
phi & Theologi.

Hesperus, — fol. 3.

Satyra O Enophorea. fol. 27. v. to

*Lamentatio de morte Christi aduersus
Hierosolymitanos. fol. 91.*

*Panegyris ad Alphonsum Fonseca
Archiepiscopum Toletanum. 94.*

Epicedion Psittaci. fol. 97. v. to

Epistola ad Ioannem Vilchium Poetam. 60.

Epigrammaton liber vnus. 62. v. to

¶ *Visum & approbatum fuit hoc opus in Academia
Salmanticensi, à Magistro Solorzano Theologo
eruditissimo, vt nihil habens quod pium lectorem
offendere possit.*

Francisci Riberæ Theologi
Ode tricolos tetraastro-
phos ad Iacobũ Saluato
rem Murgensem.



ALV Ator patrię gloria, cui lyra.
Facũdum resonãs Delius aurea,
Parnasiq; sorores,
Dictant carmina dulcia,
Seu cantas populos orbis Iberici,
Grassantemq; famem regna per inclyta,
Mordes siue bibones,
Seu iactas Epigrammata,
Quamuis te teneant grandia, & arduo
Nunc lustres animo sydereas domos,
Nunc arcana latentis
Naturæ penetres sagax,
Tardas rumpe moras, nec iuuenilium
Annorum pigeat pignora, nec tui
Proferri monumenta,
Musis ædita dexteris,
Ne durus retine, nec tibi maximum
Quod digne referes, inuideas decus,
Cœlo, & luce fruantur
Versus Mœonij alite.

Pressisset tenebris, & lare conditas
Quas olim artificis dextera imagines
Cous pinxit Apelles,
Ipse ignotus adhuc foret.
Si Aeneis lateat, si latet Ilias,
Et tot facta ducum, praeliaq; horrida,
Vna Aeneidos autor,
Et magnæ Iliados latet.

Francisci Sanctij Brocensis
ad Saluatorem.

Epigramma.

DVm vacat, & sacro studiorũ p̄dere fefs⁹
Pieridum indulges tēpora parua choris,
Hæc succissiuo condonas carmina nobis
Tempore, Sed longa carmina digna mora,
Te licet æterni diuina scientia verbi
Vendicet, & iuris non sinat esse tui,
Ne tamen inuideas tantæ tibi nomina famæ,
Otia Musarum nec tibi deesse putes,
Casside magnanimus posita paulisper, & hasta
Æternum Cæsar nocte peregit opus.

Jacobi

Iacobi Saluatoris
Murgensis Philosophi &
Theologi.

H E S P E R V S,

* In hoc Hespero narrat & deplorat Autor famem
 & calamitatem, quæ hisce temporibus in Hi-
 spaniis grassata est.



IC Mihi Calliope sæui ludibria fati,
 Atque minas Diuum, miseriq; pericula
 monstri,

Hesperium quod nuper ouans circunste-
 tit orbem:

Esset vt in tanto conterrita turbine Tellus,
 Ferretquè excidium miseris, & dira futuris
 Gentibus, vt mesto caderet sub sydere mundus.
 Causas tantarum dabitur mihi pandere rerum,
 Et solita resonare tuba, quò sentiat orbis,
 Quid valeant superi, quanta & discrimina vitæ,
 Quidq; ferant miserum gentes, quæ tristia fata.
 Iuppiter incensus furijs exarsit in ira,
 Motus & Hispanam molitur perdere gentem,
 Seu quòd Iberorum, cõmittere crimina cõtra
 Diuorumq; locos sanctos, sedesq; beatas.

Hesperus.

Curarint populi, dum sunt vestigia patrum:
Seu quod sic placitum Superis excindere terras
Tantis supplicijs, seu finem ponere in orbe,
Ut tremarent viles animæ, sed non sine monstro,
At pater omnipotens voluit sub pectore quod nam
Gentibus excidium mittat, an mania flammis
Cingat, ventorum vel turbine diruat vrbes:
Et contra Hesperiam si barbarus inferat hostis
Bellum, ingens bellum, quatiat quo ferrens hastam
Terribilem Mauors, celsa & spectetur in arce:
Turbida vel moueat grandes Bellona tumultus,
Seminet aut acies scissa Discordia palla,
Vel si dira Fames (qua nil crudelius) hostes
Hesperios premat, & vexet, si flumina nimbis
Atq; Notis tumeant, homini sit ut vnda sepulchrum.
His animo nunc huc velox, nunc fluctuat illuc:
Qualis vbi dignos agnouit morte nocentes
Robustus prætor, dubitat quam infringere pœnam
Incipiat, videt hic Boias, videt ille Numellas,
Hic tristes vncos, illic Capitolia celsa
Deturbare reum, vel quem male littera tristis
Dilaniet perdatq;, & truncum in Tartara mittat.
Talia voluent em intra se, & demissa tenentem
Lumina, iam dudum mater Saturnia sensit:
Humanum & miserata genus, mox talibus insit,
Dic quod nam excidium genti pater optime Diuum

Hespe-

Hesperia? num bella paras, num ponere castra
 In medio, ut rubro maculetur sanguine tellus,
 Gensque dicat a tibi sumptis per datur in armis,
 Et laceret vesana sacros Othomana penates?
 Scilicet, hoc res? abat adhuc, ut bella moueres
 Ultima funeribus, contenta sit Africa Mauro,
 Augustos petat illa suos, petat illa penates,
 Forsan ut Hesperios conculcet Galia campos?
 Et dominetur Arabs, & iuncta Britannia Franco,
 Hispano ut videas undantem sanguine Bætin,
 Aurifera maiora dedit qui nomina terra,
 Undantemque Tagum, rubeant ut sanguine gemmae?
 Num satis illud erit, si primas perfidus ille
 Inuasit Cilianus opes, gentemque subegit
 Barbatica per castra manu comitatus, in arua
 Cum venit Nomadum, Maurusi aequora tutus
 Virgine iam rupta, Nomadasque vocauit ad arma,
 Hesperias vrbes ardens contundere bello?
 Imposuitque novos ritus, & numen in aris
 Antiquum deleuit ouans? sic Corduba, et Hispal,
 Tarrachoque insigni despectans vertice pontum
 Sensit, & Elliberis seruans vestigia damni,
 Et Murgis, decissa comas ubi foemina muros
 Expulsura hostes, ascendit virgine grandi:
 Quid tibi summe pater, quos turbida Roma tumultus
 Mouerit Hesperia? scis, o scis ipse, quid ille

Intulerit belli, quas fregit Annibal arces,
 Milite cum assiduo ruituras sustulit vrbes,
 Deleuitq; furens indignam morte Saguntum,
 Ex animoq; subire rogos Romanus adegit.
 Nunc & Iberorum bello vexare phalangas?
 Et Bellatricem sub Mauro sternere gentem?
 Nonne satis turbata fuit? quæ tanta libido
 Vlcisci Hesperiam, & sceleratas sumere pœnas?
 Quæ tanta Hispani ceperunt tedia mundi,
 Ut ruitura velis circumdare menia flammis?
 Quid miseri meruere? luant peccata minori
 supplicio, & nullo maculetur sanguine tellus,
 Iam quando punire cupis pro crimine, vel iam
 Parce precor generi humano, miserere tuorum:
 Diuorum est misereri hominum: sic illa loquuta
 Allexitq; Iouem risu, amplexumq; petiuit.
 Tunc pater ille hominum diuorū & summa potestas
 Aeternus magno qui cōplet numine terras,
 Et Cælum, & mare veliuolum, atq; ima profundi:
 Subrisit quid dulce parum, sic quale decebat
 Aeternum numen: tunc talia verba potenti
 Ore tonat, dicent e deo siluere potentes,
 Et proceres diuum magni, totusq; senatus
 Nobilium, qui sublimi sedere curuli:
 O dulcis coniux, tibi num crudele parari
 Hesperiae bellum visum est, & rumpere turmis?

Inuadit

Inuadit quæ me, & reijcit mea millia bello
 Quæ mandata, cupitq; meas euertere leges,
 Et renuit mea iussa sequi? sat mittere vento,
 Despicit & me, me? hinc contra temeraria surgit.
 Qui tanti fastus, quæ tanta superbia mundi?
 Non parere deo, restat me extrudere Cælo,
 Ut coniurati Venere in sydera fratres,
 Qui mouere minas, posuereq; Pelion Ossa:
 Tentauere nefas, duroq; facefcere Marte
 Me miseri voluere, tamen cum fulmine montes
 Turbauit, proprijs miseri cecidere sub armis.
 Hoc vult se Hesperia immani iactare periclo,
 Et me compulsæ est sua mænia cingere flammis,
 Ut iam iam peccare sinat, ne sacra profanet.
 O genus ingratum, cæcumq; cupidine tanta:
 Num meminit tantæ molis terræq; marisq;
 Et quos æthereos orbes, quæ sydera feci.
 Imperio humano tantis decorata figuris,
 Atq; decore nouo, quos & via lactea pandat
 Anfractus, quantasq; sinus sol igneus orbis
 Impleat, & quantos alieno lumine phœbe?
 Inspexit ne suo libratam pondere terram?
 Et varias telluris opes, & semina rerum?
 Atque animi partem, quam sumpto in corpore misi,
 Quæ regeret facile, quæ ferret in æthera velox,
 Artificemq; poli deprehenderet, omnia supra?

Hesperus.

Hoc genus ingratum minimum est evertere flammis,
Et coniurato Nomadum disperdere bello:
Sed quia Diarogas, pro tanto crimine penam
Diminuam, cogamque Farnem volitare per vrbes
Hesperias, victum camposque negare parentes,
Locustisque premi, simul urbibus addere luctus
Mortiferos, tumidis & crescere flumina nimbis,
Et vastare agros, & grandes perdere menses
Impete fragroso, tamen altior ibit Alana,
Qui caput attollet, qui conferet vrbe ruinas,
Dixerat: atque eadem patribus sententia menti,
Iunoniq; deæ sedit, licet illa negaret
Intra se, tamen ire deum, aut insurgere contra
Non audet, timet illa suis contraria votis,
At pater omnipotens postquam sententia menti est,
Accersit, totoque vocat Thaumantida cælo,
Quæ velox miseranda Farni mandata reportet:
Quam sic alloquitur furia indignatus et ira:
Vade agendum, descende polo, terrasque require:
In parte Europæ gens est nimis effera magnæ,
Quam Persæ dixerè sacas, & pristina Aramos
Sæcula, nunc dixerè Scythas monumenta meorum:
Caucasus est his mons, quem dicunt Graucason alba
Quod niue circumstet, non longe est Tazata campo
Insula finitimo, quæ non habitabilis alta
Sæpe riget glacie, qua non sine frigore et ellus,

Qua-

Quaq; iacet sine messe solum, quae fertilis arbor
 Nulla fuit, Macies habitat, Liorq; Timorq;
 Mæstitia, & luctus ingēs qui fata minatur,
 Et Vesana Fames, quæ toto præsidet aruo.
 Dic abeat celeri pede tristis in Hespera regna,
 Inficiatq; vrbes tumidas, camposq; virentes.
 Dixit: & illa cito per nubila deuolat arcu,
 Obscuras scindens nebulas, atque æra tranans,
 Insignis varia veste, & bicoloribus alis:
 Deuenit in Scythiæ montes, vbi culmine summo,
 Riphæi Capita alcæuant, & Sydera pulsant,
 Quæsq; rigent glaciæ, & nivo iugâ cædida nimbo:
 Suntq; æternæ hyemes, penetrabile frigus adurit,
 Imminet & semper pluuijs minitantibus imbrem
 Africus, & Boreas, glaciæsq; æterna sub ipso
 Solstitio, Procion quando nimis ardet in astris:
 Insolita his roseus præbet sua lumina Titan:
 Namq; dies æquat tenebris cum proditor Helles,
 Exoritur, vultuq; venit spectabilis aureo:
 Sed trutinata vmbra æquat cum Libra diebus,
 Occidit, & nitidum caput inter nubila condit,
 Hos mirata locos in culmine constitit Iris,
 Et mores hominum, & ritus miratur ab alto:
 A læua Gryphos fodientes vnguibus aurum
 Cernit, Armasq; oculo Cyclopa ab vno,
 Prospicit Ebedonas longè Meotida iuxta,

Applausu,

Applausu, & coitu celebrantes funera patrum,
 Et capite hostili polientes pocula Bacchi.
 Miraturq; patrum quòd mortua corpora mandant.
 Increpat & morem crudelem & perfida corda
 Murmure, crudelesq; vocat nimiumq; superbos.
 Atq; videt Tanain, qui Asiam, Cadmiq; sororem
 Separat, atq; suo crescentem flumine Bugen,
 Nunc huc, nunc illuc roseum caput illa volutat,
 Et Pialas, Camacasq; videt, durosq; Napæos,
 Massagetasq; Dahasq; feros, atque Antarianos,
 Histosq; & Neuros mutatos ora luporum,
 Cassasq; undas, & nobile Mandagræum.
 Hæc ubi prospexit proles Thaumantia, iam iam
 Ieiunam speculata Famem, trepidantiaq; arua
 Magnorum descendit ad infima Riphæorum,
 Transit Hyperboreas gētes, pictosq; Agathyrfos,
 Sauromatasq; truces armis, belloq; feroces,
 Qui proprias vendunt inter bona poculas natas,
 Deuenit Astrea in terras iustissima regna,
 Sylvestres vbi monte casas habuere Coloni,
 Aruorum miratur opes, & florida prata,
 Cultoresq; vagos & nunquam insurgere in hostē,
 Vel proprio bello, vel turbine quadrupedantum,
 Progreditur, pennisq; volat nimium illa citatis
 Et varias vrbes, & flumina præterit Oxi
 Gurgitibus densis, vbi deuenit icarus amnis:

Et mox Oceanum Scythicum, & freta Caspia transit,
 Iam videt illa fero iaceat quo Tazata campo,
 Vesanamq; Famem salebroso cernit in aruo,
 Vellentemq; herbas, lamentantemq; per Aethra,
 Lugentem, & toto dantem suspiria caelo:
 Intremuit, totoq; Iris mox palluit ore,
 Extimuit subito, vidiſſeq; pœnit et illam
 Tam cinctam tenebris, salienti in corde trementem.
 Ore sedet macies, & imago similima mortis,
 Risus abest, & erant fœdati puluere crines,
 Atque caput, sterilisq; manu pendebat arundis:
 Inclusiq; oculi, atque gena, ciliumq; tremendum,
 Et nigri dentes, atque ore trementia labra,
 Hincq; leues dentes, sed colla minantia caelo:
 Intima duritie cutis est, quæ viscera pandit,
 Articulata omnis, simul arida continet ossa,
 Ventre caret, lumbi graciles, & tibia nutat,
 Exanimisq; pedes, passu incedebat inertis,
 Ter vult, ter dubitat, si iuxta accederet Iris,
 Nunc premit illa gradus, nunc sistit territa, iam iam
 Itq; reditq; omniq; labat Thaumantia sensu.
 At procul illa Iouis retulit mandata trementi
 Pectore, mox velox fugit pede concita verso.
 Et subito in caelum paribus se sustulit alis,
 Sensit enim sensiſſe famem, nihil illa morata,
 Fessa & adhuc toto quærebat nectar Olympo.

At malesuada Fames vultu mirabile monstrum
 Protinus in Campos nitidos, & Iberica regna
 Ire parat, iussere velut mandata Tonantis
 E Cælo, geminasq; sibi subito induit alas.
 Aerium per inane volat: Liorq; Timorq;
 Insequitur, Macieq; supino pallida vultu,
 Et luctus, tollat qui inter suspiria planctus.
 Deuenit in Tanain, Euxinaq; littora transit,
 Ostiaq; à læua sinuosa binominis Istri,
 Pannoniamq; secat, dein qua Germania supplex
 Extendit campos, mutato quos rigat acer
 Nomine Danubius, quibus indidit impia pestem,
 Et quos Albis amat, quos Vistula circuit alueo:
 Hinc Cimbri sensere Famem, sensere Sueui,
 Basternaq; truces, Guttones, Vindeliciq;
 Cauchorumq; genus, Peucinatorumq; Ithalanges,
 Et vos Parrini sensistis, & Hermunduri,
 Atque sub Arcturo positi, gelidaq; sub Ursa
 Elmeones, & quæ posuerunt mania Carthi,
 Atq; cruentatis bellarunt Teutones armis,
 Et quæ Cherusci verterunt littora frustra,
 Et vicina Aeno iacuerunt Norica Castra:
 Continuo Illyricos transfert, Adriatica linquit
 Aequora, quæ toto degebat Dalmata campo.
 Infames scopulos vicina Ceraunia transit,
 Et latis oris allabitur Enchelearum,

Et quæ Phæacas retinebat Corcyra molles,
 Atque Liburnorum fines ambibat & Istros.
 Italiam ingreditur tristi comitata caterua,
 Et cantata nimis trepidantis mænia Romæ:
 Infecit postes, graditur dum pallida porta
 Quæ Fundana fuit, turbavit Tybridis undas
 Concussas toties, ubi perdidit Albula nomen,
 Implevit quæ fame plebem, gentemque Quirini,
 Ut stetit in celsa Tarpeia virginis arce,
 Mox commota parum, magnisque per æra pennis
 Constitit immensis in collibus Appenini,
 Et toti Italiae crudelis fata minatur,
 Non contenta modo iussus parere Deorum,
 Piscentes, Volscos, Frentanos, atque Calabros,
 Et Salentinos infecit squallida campos
 Et ligures, quibus in vicina Sabatia ponto,
 Hetruscos, & quos contraxit Brutia tellus,
 Sacranos, Rutulos, Marsos, veteresque Sabinos:
 Hincque tuum dolui florentem Felsina campum,
 Atque tuas steriles pinguis Florentia gentes,
 Quæ grandi, varioque volumine voluitur Arnus,
 Et quæ Athesis, ubi magna iacet Verona Catulli.
 Mincius ingeminat murmur, quod Mantua plorat
 Demissa, Andino celeberrima Mantua vate.
 Inde Cremona gemit muro vicinior alto,
 Quæ rex fluviorum Eridanus se turbidus infert,
 Et phæae

Hesperus.

Et Phaetontææ cœli de vertice flammæ
Inuasit gentes quãtas vagus Addua potat,
Et quantas torto mulcebat Serius amne,
Nec non Brundisium, dolui Picentia Peste
Quos generas, & tu geminata Placentia nostræ,
Esuriit toto pubes Buxentia rure,
Et quos nutribat Silarus placidissimus undis,
Iamq; per Aerias pernix se transtulit Alpes.
Sensisti triplici circumdata Gallia regno,
Quo velox Rhodanus volitat, iacet atque Gebenna,
Iam Pyrenæos penetrabat perfida montes,
Bebriciæ laceros ubi fleuit virginis artus
Amphitrioniades postq̃ corruperat heros,
Et mansit nomen Pyrenes montibus illis,
Cumq; propinqua foret volucris, quo iussa tulerunt
Digna Iouis: furibunda, ferox deuenimus, inquit,
O Socij, quò sancta iubent mandata Tonantis,
Hoc ego monte novos animos, & pectora firmo,
Bellatura novis formis cum gente feroci:
Sumite vos pariter mentes, & inania corda
Mittite: sed fateor vestras via longa peredit
Ærumnis vires, Deus illa ferocia corda
Continuo dabit omnipotens, insurgite nunc nunc,
Nunc animos, veteresq; illas nunc promite vires,
Quæis Mælijs quondam, & Perusinis ciuibus vsi,
Atq; Saguntinis, dedimus quando vltima mundo,

Et licuit sævis dominari in gentibus, altos
 Iam dudum muros cerno, video Hespera regna,
 Hesperios ciues, misera heu mutabere tellus:
 Dixit: & aggreditur sæuis Hispana ministris
 Regna, inceptit ouans totam se spargere Iberis:
 Ingreditur Veneris portum, Ulberimq; potentem,
 Lustrat & Annibalis scalas, & Vascona castra,
 Et Ceretanos populos, & Tharraco quæ se
 Flumine Iberino latè Tyrintia pandit,
 Hinc est passa famem testatrix Salduda Christi,
 Et Bellitani populi, & Celsensia pubes,
 Et Laletani cū flumine Rubricato,
 Mænia vbi magna ciues posuere Gerunda,
 Atq; Egusa antiquæ, atque eximia Ausonensi,
 Et quæ Vrgelensi dominatur Bilbilis agro.
 Marsilia esuriit mensis, Stabulique coloni,
 Atque Helena ciues, & vicus Aquarius aula,
 Et Dertosa potens, & quæ Voberca Salone
 Panditur: Heu genui quod te miserabilis Isca
 Perderet in mensa luctu petit ante puella:
 Et quos Cingara rapax campos rigat, & Fraga ciues
 Accumulat superis, iaceat licet aspera saxo,
 Tunc patria eximij Calagurris Quintiliani,
 Hac vbi Nascisi duxere ab origine gentem,
 Et Carthago vetus magni fundamenta Teuchri.
 Iamq; Numantinos populos, Duriumq; rapacem,

Celtarumq; genus remearat limite torto,
 Cum Laccæ insignis, cum bellatrix Ilerdæ
 Indolere suo Sicori stagnante Coloni,
 Sardaonũ generis, Vestitaniq; superbi,
 Et Cascantenses, & Barcino paupere mensa.
 Quid non passa suis formosa Valentia campis?
 Et vos Gymnesiæ? quas o venisse sub imo,
 Aequariquæ solo, quæ me male dente minutũ
 Fecistis sæuo Balearis verberare funda:
 Quid non passa Ilice miseris exterrita monstis?
 Vosquæ Sagũtini grauiora pericula passi,
 Quando non potuit prodesse phalarica castris?
 Ingemui tantos vestræ vrbe tulisse labores.
 Ecce laceßebat iam totis Setabin aruis,
 Finitimos iuxta populos intrabat, & audax
 Miscebat sese, quæ Orontia scinditur amne:
 Perdidit o quales campos, quæ florida prata,
 Ridentes segetes, & quæ felicia rura.
 Asdrubalis celsas intrat Carthaginis arces
 Remigio alarum, & campo volitabat aperte,
 Hic vbi Germani posuere cubilia duri,
 Iamquæ minabatur patriæ, quæ florida Murgis
 Pandebat minimo fumantia mænia lychno,
 Et Porcellanæ trepidabant limina portæ,
 Cum iam præcipuos ciues lustrarat & urbem:
 Crudelis, quæ non vrbi furiosa pepercit,

Crudelis

Crudelis quæ sic lacerabat nobile nomen,
 Crudelis, quam sic mouit tam dira libido:
 Maximus immensi sed iussit cōditor orbis.
 Hinc Bessetanas vrbes, & perdere montes
 Improba fructiferos, quæ Bastetania surgit,
 Et colles magno quæ lata Diana campo,
 Vandalicasquæ vias, dabat vnde volumina Bætis.
 Astigni & præpes iam præterlabitur Accin,
 Elliberinque urbem, & sitientia littora Dauri:
 Charidamūquæ meat stomachum & sensere furentē
 Abderitanæ crudelia pectora gentes,
 Et vos cultores Agabræ, sitiaquæ benignæ,
 Et Malicæ insignis colitis qui remige pontum.
 Heu doleo, quod se parnasia Castulo nudet:
 Et campos vbi Tucca fuit, quæ proripit illa,
 Heu doleo quales produxerit Illipa muros,
 Impia qui tanto posuere sedilia monstro,
 Esuriebat item iam natis Mentesa, quando
 Radebat penna Marianos præpete montes.
 Quos campos Bacchiquæ rigunt, Falsiquæ fluentæ
 Perdiderat vesana Fames, hinc Corduba luget,
 Corduba Marcelli ciuilia bella gerentis.
 Corduba, quæ tenui producit in aere natos.
 Vltima transierat veteris vestigia Munda,
 Qua Pompeiani viderunt funera nati.
 Flet Nebrissa potens Satyris, cui nomina Nebris

Hesperus.

Imposuit solito salt ante Mimallone Thyrso,
Transuolat Italicæ fines, veteresq; ruinas,
Carpsit vbi primum vitales Silius auras:
Et Belona premit, iam quando Lelia clamat.
Hispalis esurit tumido trepidante colono,
Hispalis à grandi nomen sortita palude:
Mendaliæq; viri, Carteianiq; nepotes,
Cum Tharthesiacas velox deuenit in oras,
Et qua Abyla insurgit, magnoq; cacumine Calpe.
Iam patrem Oceanum tranat, qui terminat altam
Hesperiam, & celeri volitat perniciosior Euro,
Lysiadasq; tenet, quæ gens est aspera bello,
Et Celtas qua non est fortior inter Iberos,
Fortior, aut clypeum ferre, aut tractare bipennem.
Aggreditur monstrum Hesperium de nomine magni
Dulichij, quæ ripa Tagi seruabat arenas,
Et quæ fama fuit magnarum insignis equarum
Exceptare leues auras in culmine, gratis
Et sine coniugijs, sine dulcificis Hymenæis
Aerios fetus ventosa emittere vulua,
Veloci dociles cursu præuertere ventos,
Et summa ponant qui vix vestigia arena.
Progreditur, ventosq; secat bene credita pennis,
Gerobrica ingemuit referens suspiria ab imis,
Talabricaæq; arces, et qua iacuere Britoni
Deleti bello, tremuit vicina Viana,

Visæumq; Fame: quid tu pax Iulia sentis?
 Collibræ graciles nimium tremuere coloni,
 Sic quoque Caura tui, quorum arua Lagonius amnis
 Irrigat, heu Scalabis quæ te penuria mensæ
 sollicitat? qui te steriles Mellaria campi?
 Iulia tunc læso trepidabat Myrtilis agro,
 Myrtilis insigni sublimis gloria bello,
 Maxima quæ quondam trepidabat Igeditavico,
 Et Lameca ad Durium cum bellatore Piana,
 Et iacet eximijs quæ quondam Lambria castris,
 Lambria cuius nunc solæ mansere ruinae:
 Heu campi miseri Nabanis quos ille, Nebisq;
 Quosq; rigabat Auns, quos lata volumina Munda,
 Quos Durius, diuesq; Tagus, Vaccaq; fluenta
 Quæ & Limæa fluit, quem antiquo nomine Lethen
 Turba poetarum ducentem obliuia rerum
 Nominat, hunc & Romulides cum milite multo,
 Cum tu Brute minax tuleras vexilla volucrum:
 Non ausi tranare, patrum ne obliuio tanta,
 Natorumq; foret, sed continuo pede verso
 Diffugiunt, mora nulla mori ne, aut viuere possint
 Immemores, alium fat eor Cretesibus oris
 Esse, aliumq; vocat diues Magnesia Lethen.
 Inuadit Flauias & aquas, Borbamq; laceffit,
 Medobriga Herminij, surgensquæ Osbonoba plorat,
 Emerita quæ viri Augustæ cum fonte superbo,

Queis vicinus Anas veniens ab Amenitano
 Mille modis genitus, qui se se occultat in antris,
 Atq; oritur, multis qui prodest piscibus amnis.
 Iam volitat quàm se delet a Lacinia celat,
 Imperiosa Fames, campoq; potitur inertì,
 Diruta Cæsareæ transibat mania Norbæ.
 Hinc Eboræ esurijt pueris gemit antibus vlnis,
 Et Bracara insignis cum sæmineo vlulatu,
 Impete quàm medio vitreus vlitabat Aleste,
 Qui nulla patitur per ripas arbore cingi
 spinifera, quod Ausus prohibebat crescere ripis,
 Cum vicina ferax crescat tali arbore tellus,
 Deuenit ad Minium, & quàm se Gallecia fundit,
 Ingreditur fastu tristi, cultuq; tremendo:
 Hinc O luca vetus tremuit veteresq; Bigones,
 Et graue Mundonium rigit, fortesq; Ceani,
 Muxia, Muraniq; viri, ciuesq; Noelæ:
 Atq; vrbs Amphilochi fortissima membra sepulti:
 Tunc aliæ trepidant, Aetolaq; palluit Vnga,
 Vnga suo veteri mutato nomine Tyde.
 Palluit & Nouiũ, cum palluit Auria calda,
 Belsariumq; venit, quàm & currit vortice Syllus,
 Et quàm Phæbæe posite sunt finibus Ara,
 Et quàm turbato infelix iacet Iria campo.
 Deuenit ad Nerium, & portum subit Artaborum,
 Inde minabatur quantos Vir irrigat amnis,

Et quantos Tamuris, quantos via fertilis agris,
 Dein multas volitans socijs circundedit vrbes:
 Non tales furias, nec tales passa labores,
 Cum quondam varijs mota es Gallecia bellis:
 Illa licet cumules Normannica praelia rubra
 Planicie, cum flamma vorax vastauerat aedes,
 Atque scidit iugulum furia Normannicus ensis.
 Heu miseri tales perpepsi in corde dolores,
 Heu miseri, oblatis tolerare volatile monstrum,
 Feralesq; manus, & durum in viscere corpus:
 Sit satis o superi, dixi, miserescite caelo,
 Sit requies saltem vltra non procedere fas sit:
 Occidimus, spes lapsa ruit, spes irrita vento est:
 Iam matres tremuere metu, iam territus infans
 Ingemuit, non lacte cibus, non profuit haustus.
 Aspice res nostras clemens, nostrosq; penates
 Sancte pater, miserere inopum, quid perdere gentem
 Hesperiam, terrasq; tuas, & ditia regna
 Insequeris? iam bella para, iam fundere ferro
 Has animas, da posse mori, da fine potiri,
 Dum non dura famas premat ilia: at aspice casus,
 Aspice qui timeant populi, qui palleat omnis
 Turba hominum, & varij referant contagia morbi.
 Finieram: hinc audita mihi vox reddit a caelo,
 Quae Zephiro leni, tenuiq; sonabat in aura:
 Heu frustra voces cumulas, iubet ire supremus,

Hesperus.

Dixit: & inde famem monstrum illat abile vidi
Ire ultra, quæ fata iubent, quæ fata minantur:
Astur aquæ se fert ibat, pennasq; mouebat:
Hunc circum innumeras gentes, populosq; secabat
Crudelis nimiumq; laceßere cuncta parabat:
Qualis in aduersos bellator cominus hostes
Agmen agit, quo castra cadant, quo territa tellus
Intremat impulsuq; pedum, ali pedumq; furore,
Perq; hostes, per tela ruit, perq; arma, per ignes:
Nunc hos, nunc illos, vt gens venit obuia Marti,
Aggreditur, telumq; nocens rotat asper, & ira
Improbis, hinc subeunt equites, atq; agmina complēt
Murmure, et arma ciēt, bellātū it ad aethera clamor,
Accurrunt pedites, & obumbrāt sydera telis:
Talis per populos se se furibunda ferebat,
Insignesq; Fames campos, quibus ambulat Astur.
Atq; Brigentius populos, Flauiumq; laceßit
Bergidium, esurijt legio Germanica mensa,
Atq; Argentolæ ciues, ciuesq; Noegæ.
Cantaber esuriens nulli accumbere mensis
Mox potuit, Bibalum timuit, Flauio brigæ macros
Continuit ciues, & tristes Velligæ campos.
Non Alabæ populos, nec te bona Landa silebo,
Nec te Ceia potens, nec te sublantia muris
Ardua, sensistis miseræ mirabile monstrum,
O triste Hernanium, quæ te fortuna coegit

Ignotas tentare vias, & vivere raptò?
 Quæ te Bermæum stabulari in paupere fundo?
 Arratia hinc riguit, post alti Vrdania montis,
 Et Moreca vetus, tristisq; Vadinia natis,
 Et quos Sangarigat, et quæ se Magrada tollit.
 Hinc cum vicinis formosa gemebat Iuli
 Obriga, caniticam immundam sub pulvere turpans.
 Adde his Barduliam, cui monstrum triste minatur,
 Hinc Burgin, Anceq; simul vestigia quæ se
 Tollebãt, veteremq; facit quæ Iubeda montem,
 Vacceasq; vrbes, quæ & porta Augusta subibat,
 Intrabatq; Aniam, Gellamq;, & menia Raude,
 Cum te transierat misero Pallantia ciue,
 Maxima tunc viso trepidarat Pintia monstro,
 Quando ferox Sarabrin tetigit, campūq; Gothorum.
 O dolor, en queritur iam sentica paupere pulla,
 Et Thermis Bletisa potens, & Egurria pubes,
 Arrebacæq; vrbes, & quæ tolluntur in altum
 Bætonum populi, magni Salmantica Teuchri
 Tentabat contra, si se defendere posset,
 Et tutari armis hominum, cuneoq; superbo
 Vicino in campo, sed non ibi ponere castra
 Posse datur, nec se venienti opponere cladi:
 Horribile at monstrum Hesperiae patiuntur Athenæ
 Quando Phæbææ penetrarat limina portæ,
 O Abulæ ciues, diui miserescite, dixi,

Hesperus.

Nobilium est sanguis, perstent in imagine ceras:
Sed frustra. tamen ire libet, libet ire per urbem.
Ad Carpetanos veniebat ab aere campos,
Et se miscebat toto vesana Toletu,
Qua quae veternosos servabat Mantua muros,
Mantua dives opum, sedes diuturna Philippi,
Mantua vite potens Bacchi redimita Corymbis.
Iamque aderat templis musans Complutia plebes
Ore tremente preces, tendens ad sidera palmas.
O infelices animae quibus illa dabatur
Tempestas, queis tale fuit miserabile sidus:
Non sistebat ibi, pernix varia oppida pulsar,
Montanasque casas hominum & sylvestria tecta,
Vicinasque urbes, & lamentabile regnum,
Excidium gentis miseræ, & lachrimabile fatum.
Hesperiam postquam peragrata, & magna secuta
Iussa dei, malesuada fames se attollit in auras,
Et venit inuiso quo tensa es Tazata campo,
Tazata tantorum tu causa futura malorum.
Ac veluti ciues longa obsidione premuntur
Urbem intra insignem tremebundi milite multo,
In viridi quando tentoria figere campo,
Magnanimi voluere duces: atque arietat hostis
In muros, manet absque epulis miserabile vulgus,
Singultus, lachrimasque dedit, mox imminet urbi
Dux perdens miseros post diruta mania ciues,

Et nullum solamen erat: pallentia miris
 Ora modis, & erant tunc pectora pallida tabo:
 Non secus aduerso bona mansit Iberia monstro,
 Infanda concussa Fame, turpiq; periculo.
 Pallebant animæ iuuenumq; senumq; sepulta,
 Ossa videbantur minui, cum innixa bacillo
 Reptabat sicco cum corpore fessa senectus.
 Pallidus Astur erat, levia & trahit Ilia Bæto,
 Cantaber indomitus, similisq; rebellibus Afris
 Fulminca certare manu veniebat in arma,
 Finitimos contra insurgens, epulasq; coercens.
 Decutit ille enses, ferroq; micantia tela,
 Atq; suos furibundus adit, petiere nepotes
 Caratas tabulas, extremaq; funera patrum:
 Nec latuere doli, ciuilia bella moueri
 Visa fuere minis, & spargere funera campo.
 Hinc dabat arma manus, duras dabat ira secures.
 Quid tuus ille fuit, dic improbe Vandale turbo?
 Quæ dabat arma man? quoties ne tremebat in armis
 Fulmineus Titan, quoties dic mentrua phæbe,
 Quando tuis male parta potens alimenta parabas?
 O audax hominum genus, o crudele, superbum
 Beticæ, & o nostris sydus miserabile terris:
 Quid tentare Deos, miserasq; insurgere gentes,
 Curabas crudelis, & illachrimabile fatum?
 An laniare tuos? an bello incendere diuos?

Hesperus,

Et toto patrem superorum expellere regno?
Hoc restabat inops solijs insidere auitis,
Et patria regnare ferox vt Iuppiter aula,
Dic qua parte poli, qua regnum ponere mundi.
Incipias sceptro insignis, nimiumq; verendus
Maestate dei, tibi cum puluinar Acantho
Sidonio textum, & crescat thorus asper eburno
Indice, in Arctho sedem tibi forsitan orbe?
Anne polo Libiæ, quo sis deuex⁹ in Austros,
Et te Cocytus videat, manesq; profundi?
I, suffla, iam iam totis dominaberis astris,
Pone diu, quæ Zona rubens micat igne corusco:
Sic meruere ampullæ, & sesqui pedalia verba:
Bætis auct, tanto gaudebit Corduba fato,
Et iam venturo iam iam tumet Antia fastu,
Sed miserande caue cum dio pondere lapsus,
Difficile est te stare diu, atq; sedere curuli:
Impia cum tumida cadet ista superbia pompa.
Quid meruere illi miseri cum paupere turba,
Vt velles furto, & rapido consternere bello?
Siccine forte datum furibunda viuere præda,
Et patrios fedare lares, quòd pabula desint?
Prætereo prudens quos mouerit ille tumultus,
Quæ mala condiderit, quantas spoliauerit urbes:
Nam cõmune malum minino increbrescere vento
Cæperat, & nimium dubijs inolescere damnis,

Ceu cum molle fretum et tacitū mare remige nautas.
 Admonuit dura funem conuellere terra,
 Non dum de medio volitarant æquore Mergi,
 Et non dum addiderant Fulicæ plaususq̃ choreasq̃,
 Ardea nec supra sublimis in aere nubem
 se tulerat, penna volitabat præpete Nisus,
 Et Scylla aduerso penas dabat alta capillo:
 At lanæ toto currebant vellera Cælo,
 Improba iam aduersis metitur littora cornix,
 Et luna apparet nigro circumdata cornu,
 Paulatim surgunt venti, iam turbida surgunt
 Nubila, iam feruet tumidus vertigine Nereus,
 Grandine præcipitant nimbi, strepit imbribus aer,
 Sydera labuntur cælo, aduenere tenebræ,
 Et scopuli, petræq̃ gemunt, mareq̃ omne remugit,
 Et perit imbre polus, tolluntur in astra carinæ
 Ardua, descendunt fines, & ad infera regna,
 Excidium miseris, & fata nouissima nautis.
 Lysiades fato attriti demittere pompas,
 Et veterem exuerunt fastum volitante capillo,
 Esuriunt mensis pueri: innuptæq̃ puellæ,
 Hinc dolor ille patrum, lachrimæq̃ per ora parentū,
 Et gemitus nati intus, & suspiria corde:
 En cecidere senes miseri, iam plurima morbo
 Corpora victa iacent, pallebat funere tellus.
 Hæu vbi Lysiades choreæ, Thyrsi q̃ sonantes?

Et dulces ubi congressus, ornat aq̄ fertis
 Tempora? ubi varij cantus, aequat aq̄ plectra
 Nubibus? heu iam non umbrabitis ora coronis:
 Pullatum Nabanim video, Nymphasq̄ gementes,
 Nympharum pater obscurum caput extulit alveo
 Turbidus, & sanie plenus, cui plurimamento
 Canities obscœna iacet, sed dira rigebant
 Ora, manusq̄ ambæ, caniq̄ in vertice crines,
 Ingemuit pater, et subito se condidit undis.
 Iam tu magne duri tristis, iam decoloribas,
 Pallidulis prolapsus aquis, sine murmure labens,
 Attonitus novitate rei, quæ funera causæ
 Intulerint, an bella truci furibunda bipenne,
 Anne lues fecunda malis, anne Aethere ab alto
 Vibrarint superi minitanti fulmine dextram:
 Si tremuit rerum genitrix versante Typhæo
 Turpe latus, moueantve intus fera bella Gigantes,
 Aut si Vulcani mundo volet armamentum,
 Aut pater ille hominum, Diuumq̄ immiserit orbi
 Pallenti furias, varia atque bicorpora monstra,
 Gorgonas, Harpyas, Sphyngasq̄, hydrasq̄, Chymerasq̄
 Et centum Scyllus cum Tartareo comitatu:
 Usque adeo genus humanū marcescere cœpit.
 Non formosus eras antiquis Turia ripis,
 Nec tunc marmorei volitare per atria campi
 Surgebas spectandus aquis tumidusq̄, superbusq̄,
 Ministerio de Educación, Cultura y Deporte *Asphal*

Asphaltis niveas inter pulcherrima Nymphas,
 Et Dryope nudata sinus, Betoneq; capillos
 Ardua, cum vitreo saliebant littore conchis.
 Quid Tage magne pater rubicundo concolor auro,
 Exciderant animo curæ pallentis arena?
 Cedere Pactolo fors an, vel iusserat Hermo
 Altitonans? tantine peribit gloria facti?
 An superare piget, quod Dalmata, Bessus, et Astur
 Eruit? & quod fert rubeis Arymaspus arenis?
 Dic ubi opes undæ raræ, nitidiq; lapilli?
 Dic ubi arena potens, & sydere pulchrior aureo?
 Et quæ voluebat frons aurea cornu aramis?
 O pater, anne habuit metas, extremaq; mundus,
 Sic ut Hydaspæ caderent primordia gemmæ?
 Ne mirere, iacent corruptis corpora morbis,
 Et nutant artus hominum, moribundaq; membra.
 Hinc & Iberorum trepidant in finibus arces,
 Sicut si muros quateret Maurusia pubes,
 Spargeret & toti Hesperia fera bella Tyrānus.
 Interea sol flammifero super Aethera curru
 Cuncta videns, magnum iam circumvoluitur annuum,
 Et phæbe radiat a comas, contraria fratri
 Sydereos orbis superum stellantia templa
 Transierat, semper nitidis duodena sub astris:
 Et non finis erat, nec erat modus ullus in orbe
 Hesperio, sed adhuc tantorum prima malorum:

Hesperus.

Causa aderat, sæuæ furia, sæuiq; labores
Gliscebant mundo, veteres iam sumere vires
Fata hominum, & rursus capiti cadere illa merenti:
Non sic purpureo doluit Pharsalia campo,
Romulidum manes cum Cesariana petebant
Castra duces misto cum funere Pompeiani,
Si contra surgant civili sanguine dextra,
Et licet ingenti sonitu tremat abdita tellus
Armorum, & cælum telorum nubila condant,
Vnde cadant acies fraterno vulnere castris,
Atq; sonet gemitus morientum, & funera mille
Troigenarum hominum, lateatq; cadauere mater:
Non septingeminae sic summa pericula Romæ
His venere malis, quamuis Catilina secures
Accumules patribus, veniant & bella Iugurthæ,
Et furibunda mali surgant incendia Pyrrhi,
Quid ve Quirinales flebis nunc Romule gentes,
Quòd sic sæua lues in funere merserit equo,
Cum nondum Ionios fluctus Epidaurius anguis
Transierat, magnæ medicus neque venerat vrbi?
Vnde pares aras, vicinaq; templa Tonanti
Sortiretur ouans, quæ diuidit insula Tybrin
Ianiculum, superumq; aris æquabat honores.
Mira cano, exhaustis languebant corpora venis,
Et siccas fauces ieiunia lasa premebant,
Nec vatis alimenta patres, nec leta dedere

Fruſta ſuis patribus nati, mirabile viſu,
 Ex animis flebant matris circum vbera nati,
 Pendent es nati, venturiſq; ora mouentes
 Parua cibis: veluti implumes de matre columbos
 Cum pendere vides, donec vomat illa ſapores,
 Increpitant alis, & inania murmura miſcent
 Parui illi preſſæ dant oscula mollia matri,
 Circumeunt q; iterum, atq; iterum, roſtella viciffim
 Expandunt, ſummiſq; incertant oribus ora.
 Prò dolor, heu nimium languere membra videres
 Corporis, & teneros artus minui, en gemit infans
 Triſte intus, ſuperoq; animam vomit ille Tonanti,
 Hinc illæ lachrimæ, & triſti ſuſpiria matri,
 Quòd non præſtet opem: iã tēdit in Aethera palmas
 Iamq; amens volitat totam Bacchata per urbem,
 Prolixas deciffa comas, furor illicet addit
 Clamores, cum voce furenti mænia pulſat.
 E heu parua animæ, quid vos meruiſtis in illis
 Supplicijs? luere anne ingētia crimina patrū?
 Scit deus omnipotens, qui nutu temperat orbem:
 Non fas illa mihi cantare ne potibus acta,
 Nec Pataræe dabis, licet Ionio Gryneo
 Accumulent thuris gentes tibi templa Sabæi.
 Deficiunt herbæ, pecudum genus omne peribat,
 Inque dies macri cecidere in rupibus hirci,
 Subrumi q; hædi, atque agni, miſeræq; capellæ.

Ab quoties pastor supra alta cacumina montis
 Ingemuit, miserisq; dedit lamenta per agros,
 Saxa per, & Valles, desertaq; littora tristis,
 Ut quondam excelsa resonabas Tytire pinu.
 O quoties gemitus Mariani culmina montis
 Audiere super, quoties prope Turicius mons,
 Magni & ripa Tagi, veterisq; volumina Munda,
 Et tu Bæti pater, quæ muros Corduba, & Hispal
 Condit, arundineūq; meum quæ flumen Alana
 Tenditur, & lato reparat quæ cornua campo.
 Nunc agè, quòd seri timeant crudele nepotes,
 Expediam ventura meis & sæcula carthis:
 Extæ canum mandunt, & corpora quadrupedantum
 Iam miseræ gentes, triste & miserabile fatum,
 En fert ille armos, & tosta paropside colla
 Mansurus, subitis alter mantilia mensis
 Apponit, trepidoq; dabat mala viscera fauci:
 Ille manus ambas, & tristia crura momordit
 Semper hians, furibundus, inops, malesanus, inerisq;
 Ingluuiemq; explent pingues per corpora lumbi:
 Sic sonipes hominum non hos servatus in usus,
 Errabat mensis, toties qui primus in hostem
 Hinnitu surrexit ouans, & prælia castris
 Miscuit, inuictus demissa cadauera turbans,
 Cum dedit inuiolata per Aera buccina signum,
 Et brevis ingentem sonitum dedit vngula cornu:

Quem non ærati clypei, dum comminus armis
 Certare, et misceri acies, rutilantiq; æra,
 Fulgentesq; enses, nec qui fragor Aethera complet,
 Terruit, armorum aut sonitus, gemitusue rotarum,
 Aut subitilium bellantum, aut Martius horror.
 Quadrupedantis equi laniastis colla Nouani,
 Et latos humeros, pectusq; & sessile tergum,
 Quis sapor ille fuit? tremuere ne dentibus ora?
 Parcite vos queso pullis, vicinia damni
 Hos labefactabit motus, solet illa dolores
 Attenuare, comes minuit, perditq; labores:
 Non te precream Bæto, nec Bætice nostris
 Carminibus, nec te nunc Bessetane silebo,
 Nec Pelendones vestros in sigmate ventres.
 Ut se habet? ut sonipes in corpore voluitur ægro?
 Turpe, caballinae carnes in viscere ludunt.
 Qui ponendus erat post fata nouissima campo,
 Aut ceno immundo, vel littoribus desertis,
 Vulturibusq; cibus, coruisq; loquacibus, aurisq;
 Humano moriens, miserum, iacet ille sepulchro,
 Quod fortuna dedit, nimiumq; volubilis ætas,
 Ætas quæ misero insecuit mala sæcula mundo.
 Adde quòd errabant gentes tunc more ferarum
 Per campos, eheu dormire & stertere saxo
 Non durum, post vulgus inani pascitur herba.
 Et caepe, testaq; rubebant allia porris,

Hesperus.

Heu decus eximium genitalia seminabulbi,
Et betæ tristes, edulcati que lupini,
Mox erat in viridi portentare ponere mensa,
Et dubias herbas mensa, letum que minantes
Agricolis, segetes cassas videre coloni
In pecudum cecidisse cibos: periere per agros
Semina iam steriles, si fors an culmus aristas
Erexit, subitæ cinxerunt Aethera nubes,
Et pater omnipotens de cælo fulmina torsit,
Et nimbi venere truces, Boreas que, Notus que,
Et pluuio totum replebat frigore cælum
Africus, et Cauri flatus, Euri que, furores:
Nec satis hæc, messes turbabat pessima grando,
Et Nepa dilapidabat atrox, et tristis Orion.
Non pecus Olenium, Arcturus que, Hyades que puellæ
Tunc deerant campis, nec Delphin Arione pressus.
Hoc que modo venti indociles, cæli que ruinæ
Strauere immensas curas, longos que labores,
Et Tagus intumuit nimbis iam iam aggere fracto,
Bebuleis miras voluens è montibus undas:
Atque pater Bætis, dederat qui nomina genti,
Agrorum tenues trux deuastabat honores
Altior arboribus, modo vertice celsior equo:
Nec non marmorei surrexerat agmen Alanae
Excurrens ripas, et totos concutit agros
Urbe furens, natale solum quæ mania Murgis

Fecerat

Fecerat, & patrio non dedignata decore est:
 Illos tempus erit mundo dispergere fluctus
 Ausonio cantu, quando iussere Camenæ
 Iam dudum celso Parnasi è culmine montis:
 Nunc pergam quâ trita mihi me semita duxit.
 Monstrum tris è, ferox ab Eois venerat Indis
 Hesperium ad mundum, nam sic furor ille Deorum
 Iusserat, ut magni decreverat aula Tonantis,
 Locustæ, baratrum, crudelia monstra subortas
 Quæ perdant segetes, plenosquè vligine campos:
 Illis turpe caput, fera lumina vertice surgunt
 De medio, at pesti visum natura negavit,
 Et dedit affines partes durescere dorsi,
 Olli armata cutis, geminæquè quibus volet alæ.
 Iam diræ volucres celsam iuxta Aethera nubem
 Condiderant, umbrasquè dabant toto agmine magno:
 Suspiciunt miseræ gentes, mirantur, & hærent
 Attonitæ, quid nam illud erit spectabile monstrum,
 Quis novus ille furor Diuum, quid fata minentur
 Imperijs, quid turba paret furibunda volantum.
 Vulgus iners timuit, sceleris mens conscia cuique est,
 Et stimulant fædi deformi in viscere vermes,
 Ac dolet ille novos civis stravisse penates:
 Pœnitet immensos quòd templis miscuit ignes:
 Ille dolet, quòd fæda nimis commisit adulter:
 Hic quòd fraterno cum sanguine polluit aras,

Hesperus.

Hic voluit cædes intus, stratumq; cadauer,
Ille quod imposuit dominum, regemq; potentem:
Inuisam hic deflet patriam quod vendidit auro.
Nunc vos, ò miseri nunc vos scelera impia tangunt,
Ultrices furias genus implacabile cælo
Quando iam capiti vestro venisse videtis:
Tunc decuit, quando fædabant crimina mentem,
Ne deus in vestras vrbes hæc bella moueret
Cum furijs, meriti maiori verberare cedi.
Sic moti terrore animi, mentesq; virorum
Pendent, atq; animis suspensa silentia librant:
Heu qui fortis Iber timet intra mœnia tutus,
Quis volucrum quatit ossa tremor? quo turbine venti
Hesperij trepidant animi? prò insignia bello
Corpora: vbi motus varij, atq; micantia corda,
Ardentes clypei, queis nunc trepidauerat hostis
Barbarus, vt rubuit totis seua Africa castris?
Nubila nunc volucrum terrent, quos bellica nubes
Terruerat nusquam: volat omnipotentis Olympo
Ira dei, minimis subuertit Iuppiter arces.
Spicea ferta premit multis cum millibus ales,
Et totas perdit miserando funere messes
Per campos, per rura ruens: auertere casus
Non tales potuere manus: habet omnia victrix
Ales, & inceptus furor additur, optima prætor
Præmia in vrbe dabat nostris tunc ciuibus, illas

Qui turbare feras possint, & tradere leto.
 Humanas acies iungebat buccina cantu,
 Ire parant magna iuuenum stipante caterua:
 Insultant bello pueri, matresq; patresq;
 Et veniunt, fundant qui verba precantia mystæ,
 Et tales pellant volucres: hinc quantaresurget
 Gloria turbato penitus victoribus hoste:
 Ac veluti Pygmæa manus feruentia contra
 Strymonias parat arma grues, quæ Thracia saltus
 Ingeminat, seruatq; suos Germania montes,
 Bellaq; Pygmei ciuilia trispithamæi
 Alitibus conferre putant, nec paruulus illis
 Ille labor, minima miscent fera bella cohorte:
 Sic Hispana manus parua fert cum alite bellum.
 Conuenerere viri, & misti gens clara Suprarbi
 Inceptos iterant motus, & funera miscent
 Innumera, inde suo cum milite Termestini
 Dant strages, longo processit in ordine pubes
 Bætica: sed quas non miscebit funere clades
 Bæticus? aduersis numero ruit impare rebus
 Maxima pars, sed enim tellure potentior hæres
 En oritur, veterum & patrum se iactat in aula,
 Hinc nati natorum, & qui nascuntur ab illis,
 Et noua mox rerum facies, noua surgit imago.
 Mille videbantur secundo semine pulli,
 Et desolatis turgentia montibus oua,

Hesperus,

Ut quondam serpens Lernæ fertur Echidnæ
Vulneribus facunda suis, nam è cede colubræ
Surgebant, scissis venientes anguibus angues,
Et capita alta modis visum est inolescere miris:
Hic tuus ille labor Thyrinti, hac gloria facti,
Qui talem ferro ramosam concutis Hydram:
His iam victa malis, & talibus acta sinistris
Hesperia, exitium metuens iam messe negata,
Nec restat nisi fata pati, mortemq; pacisci,
Ad superos parat ire, viamq; affectat Olympi,
Si mollire iras, & tristia flectere Diuum
Supplicia, aut possit tantos expellere casus.
Olli non roseus vultus, non vertice crines,
Non solitæ rubuere genæ, nec imagine pectus
Effulsit rutila, non qualis vecta quadrigis
Romuleos referebat avos, cum murice læna
Ardebat Tyrio, referens insignia pompis,
Cum trabes, ac sceptrâ dabat, vestigia lento
Incessere gradu, maciesq; in corpore toto
Spargitur, apparent præ tabo livida membra,
Vox gracilis, contusa genas, & lumina retrò
Diffugiunt, partimq; caua conduntur in umbra:
Iungunturq; duæ comites eadem ora ferentes,
Manlia Nympharum pulcherrima Thormidearum,
Sed vultus mutata lue, & connubia quondam
Quæ gessit vitreis Tritonide læta sub undis:

Et Cy-

Et cynosura nouas pallens amplexa figuras,
 Nympha Tagi, magni proles Garamantis Arysbæ.
 Venit ubi lato currunt vaga, sidera celo,
 Et mirata deus solio quo insederat alto,
 Et qui circumstant superi: mox talia fatur:
 O qui regna quatis solo stellanti a nutu,
 Et regis imperiū terrarum, et flamina ponti:
 Qui pater illa meci cecidit iam gloria regni?
 Quas furias male sana sequor? quo sola subiectu
 Deseror? et quantis feror aucta laboribus? e heu
 Quid mea nūc lachrimans tam tristia vulnera cclē?
 Illa ego quæ quondam fueram pretiosa metallis,
 Diucs equis, segetum facilis, fecunda triumphis,
 Sola tibi pater omnipotens modo pabula posco.
 Tempus erat, quando illa meas non Dardana Roma
 Aductas spernebat opes, cum Synada venis
 Purpurcis cessere meis, atque Aegyptia cessit
 Hispanæ, terrisq; feracibus area messi.
 Oceanum quantis latuit mare sæpe carinis
 Fruge mea, & quantilatio, & Laurentibus aruis
 Inuecti currus? vixistis vomere Galli
 Hesperio, quando nimium horrea Ibera vigebant,
 Nunc nec Roma fauet, domibus cum pabula desint,
 Gallus & insultat pereuntibus vrbe colonis,
 En pereo auxilijs vacua, & cumulata procellis,
 Postquã sæua fames veteres circumstetit arces,

Monstrum ingens, & Tartareo vectum comitatu.
 Qualem me nuper veniens penna alite liquit,
 signa vides, (macrumq; ostendit pollice vultum,)
 Quò tendunt tanta strages? ò Sancte memento
 Funeribus quantis eadem me presserit ante,
 Cum tres in cælo vidit mea Corduba soles,
 Quando meas rexit quondam Iosephus habenas:
 Talia nec tales dederant spectacula casus,
 Cum triplici Phæbus colluxit lumine in astris,
 Et moriens cecidit Romana Publius aula:
 Laomedontiadis non talia fortè Celæno
 Præcinuit, quando mensas absumerem alis
 Sæuarum furor ille subegerat Harpyarum.
 Quid mihi ius Latij, quid nam fortuna meorum
 Profuit? insolito labor sine milite casu.
 O fortunati nimium, nimiumq; beati,
 Queis bello, & queis sanguincis occumbere castris
 Atq; armis fortuna dedit, felicia Troiæ
 Funera, felices cineres quibus Iliõ ingens
 Corruit, & magnus Priamo genitore Polytes:
 Non mihi Riphe tuis cecidisti inglorius armis,
 Non Hypanis, non morte Dymas, non funere vestro
 Aspicio casus similes, Sarpedona cæsum
 Iliõ ingemuit, sed iure vocabere felix
 Sarpedon mihi: vos superi nunc talia fata
 Oro date, & tales vos nunquã auertite casus:

O utinam mistis venisset Sarmata Dacis,
 Atq; meos quateret muros, vel Medica susis
 Agmina Achæmenys, fieret res improba bello:
 Hac mea, crede deus, servarem mænia dextra,
 Et meus aduerso venientia corpora leto
 Sterneret, atq; breui subuerteret agmina miles.
 Quòd si fata darent medijs turbarier armis,
 Iucunda tunc morte mori, tunc maximo honore,
 Et fastu caderem, dum tali expulsa ruina
 Non morerer, qualem superi tribuistis Olympi.
 Magne pater Diuum tantis precor eripe fatis
 Me, quòd si assidue poscis pro crimine penas,
 Sint aliæ, saltem, non hæ quibus improba letum
 Fert. cum peste fames, surgat Pompeius, & arma
 Accumulet, penitusq; cadant Hispana sub illis
 Mænia, fac cædes renouent seruilia bella,
 Hesperiaeq; ruant rubeo cum sanguine pompæ:
 Inuadat multis turbetq; cadauera pilis
 Miles Honoriacus, sæuusq; ferocibus armis
 Annibal, atque iterum veteres Carthago ruinas
 Sentiat, atque suas iterum turrita Saguntos,
 Et bella, & strages, cineresq; Numantia condant,
 Aut concede pater magno seruire tyranno,
 Et fera bella pati, queis flammam expirare furentes
 Cornipedes iterum possint, & sanguine largo
 Lora fluant, procumbat eques simul equore campi:

Omnia non adeo hæc potero sentire pericla,
 Ac possum sentire famem, qua cingor inulta,
 Et pereo, diuine pater tua numina posco.
 Aspice me miseram, noli me tradere pesti,
 Auxilium peto, da furias nunc flectere, & iras,
 Digna satis luimus, verè mea crimina nosco,
 Et fateor, miserere tuæ labentis Iberæ.
 Talia verba dabat, lachrimasq; incensa ciebat
 Sparsa comas, genibusq; tremens affixa Tonantis
 Conticuit, verbis longis, & imagine mesta
 Flexerat illa deos, patremq; hominumq; Deumq;
 Quàm mox alloquitur, solio & hic incipit alto:
 Expleui iratam per tanta pericula mentem,
 Quæ merita es, gratare mihi quod funditus vnã
 Non te turbavi, posuiq; in turbine belli,
 Nam poteram, verum dabitur iam terminus hosti,
 Ridenti famosa satis mutabere prato,
 Nec Romana tuos vincet de hinc area messes,
 Laurentes cupiunt tua maxima iugera campi,
 Elatis Cerere antiqua dominaberis Afris,
 Nec te contemnet furiosus vomere Gallus,
 Inq; vicem victrix celebrabere, Gargara cedent:
 Insuper & quæ sint seruanda oracula dicam
 Sancta tibi, atque breui venientia tempora pandam,
 Hæc nam scire meum est: ò felix terq; quaterq;
 Quæ post tot casus, post tanta pericula rerum,

Venisti tandem regnis victura superbis:
 Cura dei, regum nascetur origine magnus,
 Hicq; tuo deget gremio post fata, Philippus,
 Nomine avum referens, qui cælo æquabit honores,
 Et fastus, tanget cuius mea sydera culmen.
 Ille tuum solamen erit, tua gloria, pompæq;
 O qualis, quantusq; simul de culmine surget
 Cæsareo, antiquum nomen longo ordine ducens
 Purpureus, Tyrio splendenti insignis & ostro,
 Et pietate potens, qua non præstantior alter,
 Maiestate potens, qui bella domabit & arces,
 Disperdet Numidas ferro, Gallumq; rebellem,
 Cum pater aduersis radiantia fulmina mittet
 Carolus, & vitrei trepidabit ad Hostia Gallus
 Danubij, victorq; virum celebrabitur vndis.
 O qui sudor equis, & quali sanguine tellus
 Splendebit, campo cum se Mauortius heros
 Attollet, iuuenis non dum dominabitur hasta,
 Cum genitor, sed magna puer simulachra ciebit
 Bellorum, ingentes cor dent monumenta poetæ
 Vnde, dabuntq; bonis tunc verba precantia Musis.
 Indomitis surgens tunc tunc dominabitur Anglis,
 Quo cadet immani Germanica bellua fastu,
 Cum franget vehemens monstri mala dogmata tãti:
 Tunc tali pressus regali mole peribis
 Perfide, nec dabitur post hæc inolescere pullis.

Ex illo vires, largita potentia rerum,
 Post tamen ille tuis tollens insignia terris,
 Rex erit, huic et enim debentur regia sceptrā:
 Quas leges? quæ iura dabit? quo consule falsces
 Inferet? atq; quibus rebus præsentibus annus
 Incipiet, dum fama ducis, dum regius ardor
 Romanos spe tollet avos, & sceptrā Quirini?
 Aspice, ut insignis scandit capitolia curru,
 Aspice Cæsareas aquilas, gentemq; togatam,
 Nonne vides? solus supereminet illa Philippus
 Agmina: non simili tellus Romana nepote
 Extollet sese, quas ò Tyberine videbis
 Vel pompas? quæ sceptrā Duri? quos Pintia fastus?
 Hæc tibi debetur Romanis curia iussis
 Mantua, cum ritu princeps regnabit auito,
 Dilectus generi humano, charusq; Tonanti:
 Hic tua fata premet, durosq; Hispania casus,
 Hoc veniente ferox mirabitur incola messes,
 Aureaq; advenient tibi sæcula: tempore in illo
 Diues eris, nimiumq; potens: hic maximus ille est,
 Unus qui veteres in casibus restituet res.
 Surge ò, surge puer spes inclyta, & utere tantis
 Fatorum cumulis, restant fata inclyta, restant
 Exuvie bellorum, & inexpugnabilis ira.
 Dixit: continuoq; potens meliore iuventa
 Hesperiam astant, subito redit ille decorus

Oris honos, rutilantq; auro per colla capilli,
Electroq; nitent pexi, mirabile visu,
Implicitumq; caput gemmis, it flexile collo
Aurum ingens, mistis venerere monilia baccis,
Et media rutilans ardebat fronte pyropus:
Vestem induta grauem, quam fibula rasilis auro
Tergemino mordet, & quam Gangetide gaza,
Atque opibus mirè pictor construxit Eois:
Qualis Tellurem gemmis stellantibus ornat
Ver, cum prata virent, & multicoloribus herbis,
Pestanoq; rubent formosa rosaria campo:
Qualis ab Oceano Tithoni fulgida coniux
Exoritur roseis veniens Aurora capillis:
Aut qualis surgit, cum lauit in Aequore vultus
Luna recens, tendens cœli per cœrula cornu:
Talis virgineos habitus induta repente
Visa est Hesperia, & talis sese ore ferebat
Admirans responsa dei, sanctiq; senatus.
At iam Phæbæo rubefecerat Aethera curru
Postera lux rupto, & repidarat & auricomus sol
Oceano. cum rore nouo reuirescere Tellus
Incipit, & miræ iam iam consurgere formæ,
Et matutiui volucrum de culmine cantus
Audiri, rumpiq; polus, tunc tunc noua rerum
Copia, & antiquo surrexit purpura ritu,
Et trabeæ, maiorq; modus, veteresq; curuli

Insedere equites, hinc lusitat Hesperio bos
 Emporio, & grandes visa sunt tramite carnae,
 Qui nam hi mutati luctus? vexilla Philippus
 Erigit, anne vides Hispania quæ tibi dona
 Contulerit deus? et quantis decora alta triumphis
 Ornarit? quæ tanta animis nunc gloria? quæ ve
 Venerunt pompa? cernis qui restituit rem.
 Disce patrem patriæ venerari, & purpura crescat
 Romæ leos ritus, cinctusq; imitata Gabinos.
 Sic ut Hydaspæi soliti rutilare lapilli.
 Tuq; decus nostrum, nostræq; ò gloria gentis
 Inclita, fortunæ varios contemnere casus
 Incipe, & alitibus dexter procede secundis,
 Quem regale decus signat diadema, Philippe:
 Cui pater ille tuus rerum commendat habenas,
 Atq; ornat meritos proprio diademate crines,
 Qui patri succedis ouans, cui debita dudum
 Regia commissis conceditur ordine curis.
 O decus æternum patre qui bene notus Iberos
 Conspicuos vivente regis, qui sceptrâ gubernas
 Quæ nondum tabulæ, cera aut commiserat ima:
 O dignus iuveni cui talia sceptrâ darentur,
 Qui tales regeres vrbes, & regna benignus,
 Et pius, & prudens & maiestate colendus:
 Dignus: sed quis te rector dignior orbem,
 Quamvis ille foret gemino quasitus in axe?

Tu talem meritis patrem, tu dignus ut ille
 Iactet se tali nato, dignusq; corona
 Imperij: felix cui noſter contigit orbis,
 Felices qui iam fruimur regnante Philippo,
 Cui damus hanc regni ſedem, & ſummittimus illi
 Hiſpanos faſtus, pariter civilia clauſtra.
 Cui natura dedit magno ſuccedere patri,
 Qui dabit exemplum rerum: moresq; paternos
 Cæſareus ſanguis, ſimilis matriq; patriq;
 Cuius virtutes imitaberis, altaq; facta.
 Scis quibus imperium rebus, quibus Hespera regna
 Rexerit, aut quales regalibus imbuat orbis
 Carolus auſpicijs, & qua pietate gubernet
 Romanos populos, meritosq; in conſule faſces:
 Scis quàm conſpicuus bellus, quo fulmine Mauris
 Fulgeat horribilis, deuſtatorq; Britanni
 Littoris: o quoties dubijs Gradius in armis
 Cæſit, & ambiguos ſinuosa tonitrua muros
 Aequarunt, caderet cum tali ab origine fulgur.
 Hoc Mauorte potens campo ſera prælia miſcet
 Terribilis, ferrum quàm ſparſit, in æquore limes
 Sanguineo rubet, & ſubito veſtigia ſignat.
 Aſſuetus grauibus cæli non cedere nimbis,
 Frigora dura pati promptus, cæliq; ruinas
 Vertice nudato, & vigiles perducere noctes
 In clypeo, galeaq; niues portare ruentes:

Hesperus,

Aestiuum sufferre iubar, nam Syrius aëstro
Ardenti nunquā labefecit puluere fessum
Agminis, inuenta tunc & dormire sub vmbra,
Non putat esse viri. primus tranare sonantes
Torrentum furias, & vincere concaua saltu.
Cum syluis valles, dubiosq; ascendere montes,
Difficiles tractus, formidatosq; recessus,
Antraq; militibus nunquā tentata, sed ille
Primus adire iubet, doctusq; ascendere muros
Primus, vbi iussit muralia pondera valli
sternere, & in medios hostes se tendere ferro
Magnanimus. nanq; ad mores diuertitur orbis
Regis, & inde novos animos ad praelia miles
Suscipit, & medios curat se inferre per ignes.
O quoties, cum tela deus torqueret & imbres,
splenderetq; omni calorū tramite furgur
Missile, & ardentes flammæ, celsoq; micantes,
Turbato transibat equo per bella per hostes
Horridus, incutiens terrorem gentibus, vno
Ense rubens, telisq; potens, & casside sola
Horrendus. positus vidiſti Gallia castris
Quid possit, quid tanta manus turbauerit hosti.
Danubius sensit quales prosirauerit alas.
Alpinæ videre niues furibunda volantum
Signa, vbi erant aquilæ nostris vigor altus Iberis,
Atq; tremor Gallis magnus, Lybicusq; popellis,

Queis gens compositis cecidit Maurusia signis.
 Adde his impulsum regem, captivâq; sceptrâ,
 Gallorum lachrimas, dimissum & carcere aperto:
 O pietas, o vera fides, o digna subinde
 Gloria, regalem hunc animum miratus Olympa
 Est deus, & quæ sit laudat clementia mundus
 Aeternum: quis enim pietate insignior illo?
 Bella Philippe vides, vincetosq; per agmina reges,
 Bella patris, vexilla patris quibus apennini
 Genua labant, pacemq; petunt, quibus Itala pubes
 Summittit cristas, Tarpeia et culmina rupis.
 O quoties lato Tyberinae in flumine Nymphæ
 Summisere comas Charolo veniente per urbem.
 Romani sed nulla foret iam nominis umbra,
 Nec foret Hispani, cecidissent culmine muri,
 Ni pater ille tuus venientia fata leuasset.
 Continuo turbata ratis bona vela tetendit,
 Quando felici iuvit fida anchora fato.
 Haud secus Aeolij iam rupto carcere venti
 Cum mare concutiunt, hinc inde per æquora latè
 Intremuit sonitus, crescunt & murmura ponti,
 Et trepidat mundus, surgit tamen horridus undis
 Neptunus pater, & iussis maria inuia placat,
 Ex illo grandes sulcant maria alta carinae.
 Hinc sequeris documenta patris rex inclyte rebus
 Hesperijs, regnoq; favens, nam linea longa

Hesperus,

De generare nequit, stimulos dedit æmula Virtus
Et proavis, atavisq̄ potens, decus atque perenne
Gloria magnorum qui nunc procedis auorum,
Inclinat a tuis humeris Hispana recumbunt
Regna, Philippæis dudum fulcita tyaris:

Sed gaude, nam fama tuos victura Philippos
Ostentabit avos, veteresq̄ ex ordine reges.
Quid Macedo rex ille tibi? quid filius vno
Tam male gavisus mundo? Pellæa recumbant
Mænia, denicto cedat victoria Poro.

Hispani reges semper contendere sceptris
Romulidum potuere, licet pulcherrima Roma
Regificis numeret Capitolia digna tyari.

Dicat Iulæis rerum spectacula pompis,
Augustosq̄ suos, quorum sit maxima regum
Fac series, poterit magnos Hispania reges
Ostentare potens, Ferrandos, atque Philippos,
Et tu solus eris referes qui facta parentum.

Dic nunc Alphonsos, Ranimiros, Veremundos,
Ordonios, Petros, Henricos, Pelagiosq̄,
Ferrandosq̄ simul, dic nomina clara, Philippos,
In te omnes clausi regnant: ò terq̄, quaterq̄
Felix, ò iterum felix maioribus alte
Austriacis, & eo tua qui vestigia celsa

Assequitur Charolo Magno, hic tua magna Philippi
Progenies, sanguisq̄ tuus, tua maxima cura

Et merito,

Et merito, quis enim potis est equare canendo
 In teneris annis quæ nam decora alta parentum
 Spondeat? anne vides flagrantia lumina, & ora,
 Et salientem animum, & quali puer indole surgat?
 Iam strepitu gaudet, iam hinnitibus altus equinis
 Bellorum simulachra refert: iam militat illo
 Armipotens latè puerili in pectore Mauors.
 Hinc nondum decimas ætate emensus aristas,
 Ingeminare minas, contendere cominus audet,
 Conciliare viros, horrentia bella sonare.

Atq; cupit cerni clypeatus, totus & auro
 Squammeus, vt cernit maiores casside patres.
 Arduus & sonipes calcaribus ardeat imis.
 Ignescant patulæ nares, non ungula arenas
 Sentiât, atq; iubæ discant concurrere ad armos:
 Hæc studia, hi mores: (dabit hæc robustior ætas,
 Ne propera puer,) hinc celeri Maurusia telo
 Terra timet, geminatq; acies, & circuit arces.
 Hunc Galli metuunt, ne transgrediatur auitos
 Egregius fines cursu venientibus annis
 Tunc illum aspicient turbantem funera matres,
 Bellantemq; armis, atq; inclyta bella gerentem.
 Inde canent magni sublima facta poetæ,
 Et tua, & illa patris: quòd si mihi numina donant
 Pimpleis resonare choris, sumuntq; Camenæ
 Robur, & audaces tribuunt iniungere curas,

Hesperus.

Aflabor maiore deo, numerusq; tuorum
Addetur vatum, interdum ne despice Musas,
Quæ nostros lato geminant in Thormide cantus.

❧ Iacobi Saluatoris
Murgensis Satyra
O Enophorea.

❧ SATYRA hæc quæ Oenophorea inscribitur in
modum Parronis qui Satyris suos titulos dedit, ad
uersus Ebrios est. opus quidē variæ & reconditæ le
ctionis, in eaq; Poeta carpit eos qui in conuiujs pri
uatis & publicis vinum immodicè bibunt, docetq;
quo nam modo temperatè bibendum sit.



S QVE adeo nostræ præstare silētia lingua,
Atq; placet vanos hoīm dimittere mores?
Iāsatis est: pereāt cessātis sacra Vacuna.
At mihi dic Mæui, numerosa poema
ta Marfi,

Qui tonat vt magnis turbentur Amazones armis,
Fortè dabunt animos, vt cogant surgere in altum?
Quid tibi, dic tanti titulus, nomenq; Poetæ,
Cum Mæcenates nulli, nulliq; patroni?

Mutit olor, si non spirauerit aura Fauoni,
 Esuriunt vates, si non venere columna.
 Nil dant Cornifici versus, nil Troia Sabini,
 Nil Tucidæ luxus, nil Punica praelia Næui,
 Nullas promisit tabulas hæredibus Hæna,
 Magnorum insanum genus est pars maxima vatum.
 Nonne foro præstat toto patronus haberi,
 Cui pleni folles, cui nummus pallet in arca
 Venturo hæredi? quid non ciuilia præstant
 Officia? & quos non ditat rubrica libelli?
 Non ego posco mihi titulum, nomenq; poetæ,
 Irritant homines sed multum ab origine prima,
 Vt Satyram scribam: non quo surgebat aceto
 Lucilus, non quo bilem irritabat Aquinas.
 Difficile est nam posse pati quid Massica cogant,
 Et scelus Antiochi qui miscet pocula somno:
 Vt si quando bibat phiala Mareotidos ampla,
 Non pudeat Romana suo male praelia campo
 Ponere, sed malit tranquillo stertere lecto
 Ob vomitus Bromij, medio feriente fenestras
 Sole domus, comperta suæ vel phyltra puellæ
 Fucata larua residens inducere mensa:
 Et vinum œnophoro demissæ perrigat album
 Matronæ prece multa, ausus vel amore propinet,
 Ac potum laudet iam iam situm prope guttur,
 Vnâ cum Scyatho rutilo pendente smaragdo:

Acrisū plenus capiat mox ipse bilibrem
 Lenæi calicem. quò se omnem proluat auro,
 Et iubeat cytharæ lasciuam plectra Neæram
 Tangere, & Hedimclem tenui testudine fultam,
 Sanguineos breuiore lyra quæ personet ignes
 Quales Thyrbæi, et cecinit quo Pyramus ense,
 Aut Canace, vel quæ mentitos dicat Elysæ,
 Et Myrrhæ lachrimas, quibus ardor obambulet art^{us}.
 Ecce venit Virro qui celat pocula Coi
 Pernities vini gemma, baratrumq; lapillis:
 Atque tuū Tyberi crimen, non regis iniquum est,
 Ad multos potare dies? consumere noctes
 Pomponio? an ne times vultus, legemq; Solonis?
 Claudius ad salios encurrit Martis in æde
 Potantes maiore animo Campana culullis,
 Sede tribunalis missa, cui non satis vna
 Amphora cum Rhombo, decies sed cernere tectum
 Potando placuit: poterat prescindere guttur
 Quis gladio regale puer, dum suspicit alta
 Culmina, vt Antinoi iaculo confixit Vlysses,
 Quam dabit is causam rex, si iugulatus ab vno
 Heu puero temulentus abit? quæ fama per auras
 Ascendet? procul est pudor, & timor ebrietatis.
 Hic regalis honos, sceptrum hoc regale timendum?
 Hæc regni grauitas? hæc magni purpura fati?
 Hoc diadema fuit? hæc candida fascia tanti?

Non sum tam patiens horum: fecere priores
 Ut scribam, & nostri magni fecere lyei,
 Et vos Argiui: sed quis non traderet orbi
 Argiuos saliente mero? & conuiuia gentis?
 Et sortes viri, sortitaquè pocula talis?
 Vasaq; maiorum medio supposita fritillo,
 Summus delicias: Scythicumq; tenentia patrem
 Sebadium, imberbem, pulsantem & tympana palis
 Vnde bibant illi, docti cognoscere ritus
 In mensa veteres, & grandes ferre tumultus?
 Si nolis potare, foras muliebris abito,
 Si nostra potare velis bona vina dyota,
 Ingredere ò felix, Thasium est, letare taberna.
 Quid facerent nostri, si tales tempora mores
 Ornarent? pugnas homines inducere ventri
 Colligerent, nescit venter præcepta fateri.
 Vulgus inane scypho, cædo, quas cerneret vmbra,
 Olim iam solitas alieno viuere frusto?
 Et quos terrestres in crasso abdomine canchros?
 Et quas viscosas ad dulcia pocula muscas?
 Quos mures opicos alienum rodere guttur?
 Et quos erroneos ad lautam accurrere cœnam,
 Designata cibus cum surgeret vmbra decempes?
 Dulcia quæque mero sapiunt, si sunt data dono,
 Et certum quam dulce fuit præsepe vorare,
 Ac saltē artificis potare toreumate Beti.

At modo quisq; sibi viuit, quisquis sibi potat,
 Bellius inclamat grandi correptus Erynni,
 Non impartitur scyathos, neque vina Batycles,
 Munera potori donantur nulla tabernis,
 Si non sentitur supposita pecunia palmis.
 Iam paucis caupona merum donabit auara
 Oblito censu, paucis suerunt dare Lydi
 Caupones primi, quamuis sit pensilis alnus
 Erima, pandat q; domus, & vela resurgant,
 Letitiae signum, veluti Megalesia mappam
 Si quando ostendunt populo, plebiq; forensi.
 Non facit ad Bacchos soluenda pecunia Belli,
 Si non possideant hortos, & pignora, quando
 Latrantes clamore vrit sitis arida fauces.
 Hinc pereunt census, frangunt patrimonia multi
 Iam versa in fumos volucres, cineresq; supremos.
 Et dedit inconstans oleastri pagina munus,
 Munus Aricinos mendicus tendere ad axes.
 Irrident bona vina homines, Zephyris sua mandant,
 Nusquam nõ bibitur, tibi nulla piamina dantur
 Alma Ceres, sed porca tibi quam prima dedisti.
 Non satis est leges, alimentaq; mitia terris
 Quod dederis tu prima, nouis altaribus aucta,
 Vno vt sacrificent, dabitur sed victima mulso.
 Non tibi Sympuuium, et scipulum, neq; fictile paruũ,
 Ambaruale merum solum simulabit in aris.

Nulla dabunt Veneri, tibi nulla Nephelia Phæbe
 Cæcropide, non illa manent modo tempora nostris.
 At Veste faciunt vino, Ianoq; bifronti
 Cum multum potent homines, patriq; Lyeo,
 Atq; Bonæ mentita Deæ Mellaria crevit,
 Turpis & ebrietas: hinc quæ Trieterica Baccho
 Orgia pampineo celebrabat fœmina Thyrso,
 Menades, & multa carie Bacchæa senectus:
 Calfacit, humectat vinum illa etate calorem,
 Vel quia quæ senibus nulla est vinosior ætas.
 Cinnama odorifero gaudet distendere ad aras
 Baccha mero, quæ fulta creat Panchaia tellus,
 Liba sacris ignita focis cum thure Sabæo.
 Hinc tumet intonso fumantia crine Thyoncus
 Dum videt exta rogis, Thyadas & cernit ouantes,
 Et Lænas stultis tundentes pectora palmis,
 Dum furit Hippomanes, stimulat dū Bachicus ardor,
 Clamoresq; vrbis, gentisq; phanaticus error,
 Et ferula, fluxaq; coma, & delira senectus,
 Quæ cogunt homines, & nomina nota notare.
 Dicite Sileni, quæ tanta licentia plaustris,
 Ut vulgo pateat, quidquid commisit adulter,
 Et furtum alterius commissum lance? quid illa?
 Iulia quòd feriat, vel quòd vindicta Sabini?
 Hinc hymnos Baccho solitæ sunt dicere Bacchæ,
 Moreq; mutato mendacia prisca poetæ

Satyra.

Magni, & nubigenas Centauros ponere Versu,
Aethnaeosq; rogos, conflagrantemq; Vesæum:
Fulmina mittentem steropem, atq; Typhoea motus,
Carminè priuatum & Thamyrim, Proserpina raptus
Casta tuos, Briarea Iouis qui terruit omnes
Centimanus superos, dum scandit sydera cœli:
Et si creuerunt bona niceteria vatum,
Mox gaudent cantare patris fera prœlia Bacchi,
Bisthonas, & Gangem Scythica cum gente subactū,
Et domitos Arabas, & plenos thuris odore,
Atque repentino Thyrrenos corpore pisces,
Et Bacchi lusum, à quo Lusitania nomen:
Pentheæ Thæbanum prohibentem sacra, Lycurgum
Threicium, at primus dura discerptus Agæe,
Hic perijt crure incisso cum palmite: & inde
Iuducunt Satyros sacris, & mella reperta
Aere canunt, cum venit apes ad cymbala palmæ.
Hinc tua Lenæotitubant vestigia Rosci,
Nectis ferta comis, palmis & pectora tundis,
Iam lætus, iam tristis, iners, furibundus, inermis,
Grandes centones nimium farcire paratus,
Irrita verba vomens alieno ductus hiatu:
Quæ te causa mouet, nisi quòd Semeleius Euan
Corde tumet, vel sacra facis cum cornua sumas?
Arma tamē generosa parū est quòd vina ministrent,
Si Methymnaeo venit de palmite succus,

Miles erit, Græcis magnum Lacedæmona credas,
 Nestora consilijs, dictis Agamemnona belli,
 Amphitryoniadem monstris: furibundus Achillem
 Hæctora de medio qui tollet, ducet arenæ.
 Mænia lypsidry dicet servasse tyrannis
 Cincta suis, posuisse duos, & pergama Troiæ
 Incendisse caput: tunc stemmata longa colosso
 Picta, suos memorabit avos ab origine prima,
 Quantum & patritiæ præcellat lunula plantæ.
 Imprimis quòd sit non terræ filius, atq;
 Mox sibi pulcher erit, cum Nireâ vicerit ore.
 Hinc venere domi cum coniuge iurgia, lites,
 Et trepidat mulier, cum existimat ense feriri
 Exanimis viso, nihil est in imagine viuum.
 Hæc latet, ille suam quærit penetralia versans,
 Hæc fugit, accipitrem veluti per rura columba,
 Accipiter nidos, rimatur at ille tapetes.
 Ast ubi vinosus toto iam evanuit ardor
 Corpore, adest mitis, tacitus: mox euolat ira,
 Mens nova fit subito, quæ rerum obliuia potat.
 Est comes, ut veteres finxere, obliuio Baccho.
 Immemor inde manet facti, miratur ad vnguens
 Quod fecisse ferunt vicini: iurat Osyrin,
 Et Clary fanû, se non fecisse furorem.
 Et cum se captum vino cognoscere cæpit,
 Penitet, ac multis lachrymis, insanus ut *Aias*

Satyræ.

Qui sibi consciuit mortem, duo fulgura belli
Cum Laertiadem, & Menclæum obtundere visus
Ense fero immeritos potuit disperdere porcos.
Res aliter fiet, si te rixosa maritum
Femina Amazonio minitans ad prælia ritu
Ebrie tunc recipit, pellens è limine fuste.
Sed male te pueri angunt, quando turbine multo
Ebrie circumstant: villos tibi vellere barba
Pro nihilo facient: ò monstrum, ò bestia nonne
Tunc actum? pueris satis est te credere. fenum
Hic habet in cornu, fugito tota agmina dicent:
Sibila bucerias ostendunt pressa, caueto.
Ah miseri quos urget ouans semeleius Euan,
Ah miseri quos vna premit, dum lumina nutant,
Ah miseri quibus vna manus non sufficit atras
Monstratura vias, miser est & perditus vrbe,
Qui baculo prætentat iter, qui lumine captus
Ebricolo nequiens iteratos tangere muros,
Nititur, officioq; pedum male dicitur vti.
Iam solitum manibus, pedibusq; negantibus vsum.
Tangat, erit fortasse puer de plebe, molesto
Qui cubito à tergo, feriat qui forte talitro,
Et qui cuncta suo naso suspendat adunco,
Et qui dilaceret vestes, feriat ve flagello.
Hi sunt concursus, hæc debita præmia, quæ dant
Imberbes iuuenes, quæ dat mutabile vulgus.

Concava

Concaua iam ueniunt digito popismata, risus,
 Ludibrium, lacerata Chlamys, quæ putrida pandat:
 Etrubicunda puer cum iam perciderit ora,
 Ille tacet patiens, veluti qui pegmate Ruffum
 Marmoreo simulat, vel qui circum atria pendet.
 Concutit at si se, tunc surgit lutea bilis.
 Paulatim furias, paulatim colligit iras,
 Ut leo Marmaricus cum verberat ilia cauda.
 Et modo saxa ferit, modo percutit aera ferro,
 Parietibus ruptis, & vulnera feruidus infert.
 Saxa volant, quâuis hebetarunt Massica mētē,
 Ast hebetat non ira manus vibrare peritus
 Missile, quod melius non tendere Pandarus arcu
 Pallados admonitu Atridam discerpere iussus:
 Nec Parthi si terga darent, nec maximi Abantes:
 Tantum se amplificat rigido comes ira Lyeo,
 Ira Noto similis, breue fulmen, sanguinis ardor.
 Quod si fortè iterum spiret de naribus ignem,
 Ille fugat populum, plebeios scandere muros
 Impellit, manibus cum saxa volantia torquet.
 Quid si tam crebris ciuis tunc forte peremptus
 Missilibus, qui mandat humum, qui sanguine crescat?
 Vare caue, sed nulla iubent insurgere leges.
 Degenerat sancta feriens Astra bipenni,
 Nulla venit Gyaros quæ puniat, atq; Seryphos,
 Non quæ præcipit et sontem Tarpeia ministro,

Non quæ iudicio condemnet littera tristis,
 Non quæ restringat Getulica terra nocentem,
 Non illum Boiæ, non constrinxere Numellæ.
 Veneris ipse licet duplici tu Pittace pœna
 Fastosus, quis te patietur tendere dextram,
 Et dare vim legi? noli bone tangere sacrum.
 O vos patritij vino, gaudete beati,
 Hic vobis celebratur honos, gaudete beati.
 Liber a vestra manus, facilis fit ad omnia liber,
 Liber ad arma potens, prohibet sua iurgia nullus,
 Ac mala sic veniunt, sic pauci facta coercent,
 Et clades cum cæde fluunt absente magistro
 Inq̄ dies, proh vana sitis, proh flebi guttur.
 Est qui Mystarum facienda coerceat vnus?
 Inuenies rarò, sed erit qui carcere sistat,
 Vincla premens, qui cogat erit ioca cæca volutet.
 Præmia donasti meritis bene cognita tanti
 Qui sceleris, meliora caue ne frangere clatri
 Possit amor lucis, furibundaq̄ Cæcuba cornu.
 Impete fortassis trepidabit machina clatri.
 Sentiet & motus aliquos ignobile vulgus,
 Irruet & clausis oculis, vt feta leæna
 Defendens catulos, demisso & vomere taurus:
 Non secus Andabat & torquēt es spicula clauso
 Lumine, defendens aliquo non more salutem,
 Si secreta sui capitis vitalia rumpat.

Accipite

Accipite ò miseri vobis data munera Bacchi,
 Cimmericas tenebras, penetralia nigra, sinusq;
 Et falsas sine sole domos, sine luce recessus.
 Pone, quòd huic populus fallaci carcere lychnum
 Incendat, duplices dicet se cernere lychnos.
 Si fortasse foras fuerit miser atria versans,
 Sole fuget gemino, iurabit currere Olympo
 Tunc toto duplices soles, descendere & astra,
 Et ferre augurium minitanti crine cometen,
 Et Phaetontæas testabitur igne ruinas
 Solo visu iterum tentasse incendere mundum,
 Atq; hymbres Pirrhæ, & lapides ad corpora iactos.
 Usque adeo calices cogunt effundere verba.
 Sæpe malos timeas, ignoret & improbus ansam
 Verborum de te ne vulgi fabula fias.
 Parua locuturo satis est occasio monstro:
 Quòd si forte datur, dicenda tacenda repente
 Ebrius effundet verborum pondere, finis
 Difficilis, vix plenus erit. quod sine peroret,
 Hoc sanctum, sed tanta cadet vis murmure lingua,
 Tantâq; fertilitas, rimabitur intima, quamvis
 Pectore nulla horum generoso feceris ipse.
 Esto, da stimulos homini, quàm garriet, & quàm
 Obstrepet ille foro tortis astantibus illic
 Mille oculis, ala veluti si forte cicada
 Garriet apprehensa magna de rupe Locrensi.

Satyra.

Intestina merum quatiet, secretaq³ mentis
 Proferet in vulgum, manifesta q³ cætera pandet
 Nomine non tacito, patriaq³, Urbisq³ columna.
 Audax ille mero, velut ædere nomina plaustro
 Comædi veteres solidi, & taxare supremos.
 Causa subit quòd sæpe malos reddamus amicos,
 Et serpentina timeas inolescere lingua.
 Et conare mali labias mitescere nummo,
 Conueniat si forte tuis, gaudebit aperto,
 Primus vt inuentor nummi laudetur Ionos.
 Indomitum ceruice iugo nam subdere collum,
 Præcissamq³ potest mutare pecunia mentem.
 Hinc potuit spartham vi vincere sola rebellem
 Vna fames auri: sic Diuum oracula pandunt.
 Sed dubitas fuluum cognoscat an ebrius aurum,
 Quando oculi titubent, & talia præmia poscat?
 Argus erit viso, Bacchus si proterat Argos.
 Attollent animos oculi, fingentq³ triumphos,
 Et vino pulso simulabit sobrietatem.
 Quid mirum? pueri cum nondum est cognita mater
 Agnoscunt nummos, & nondum iumine aperto
 Contactu gaudent, rutilo & colludere nummo:
 Altilis & fuluum bene cum cognoscat in auro,
 Altilis atra pedes, & nigra Monedula pennas:
 Exemplum cuius dabis, & tu Sithonis usum,
 Turba poetarum mendax tibi præbuit alas:

sed mi

Sed miserum tamen est nummo corrumpere linguas
 Turbatas vino, tereti & contexere gyro,
 Atq; utinam hac placent motus, linguamq; bibonis,
 Cuius iners iecur ima mero subsclia ditant,
 Et faciles somni: quoties cereale papauer
 Vina ferunt? quoties fallaces Cymbia somni
 Dant Mamertino, lambunt vineta Timoli,
 Veientana cado, Massana, phalerna, Biblina,
 Rhetica, vel Thasias vites, vel pocula Gauri,
 Et faciles sorbere tuos Buma ste racmos
 Qui visus, glutire tuas qui somniat vuas
 Tarracho, quæ latio poterat contendere Baccho?
 Sed tamen excussus, manibus cum palpat, anhelat,
 Et vacuus lachrimas in præda fundere visus,
 Ut piscator iners qui somniat Aequore piscem
 Auratum, Eoos qui pauper somniat Indos,
 Et gemmas quas ferre solet Nabatheus Hydaspes,
 Et quas Pactolus, quas Lydius Hermus arenas
 Auriferas, tactumq; Mide, digitosq; potentes:
 Sed quoties heu vana Tagos dant somnia, quæ te
 Alliciunt? filicem quoties tua vana tulere
 Somnia? vel murem tumida e tellure cachino?
 Intonat ingenti latratu, & somniat apros
 Menalius lacerasse canis, sed fallitur apro.
 Sunt venatori graciles bona somnia sylvæ,
 Et lepores, & quæ constringant retia cervos,

Et ferat illæsum leporem qui Vertagus acer.
 Somnia sunt nautis qui sunt in puppe Cheruchi,
 Et sudum tempus, Zephyrusq; Eurusq; serenus.
 Somnia subrumi, & petuli pastoribus hædi,
 Aucupibus fallax quæ sit trasenna volucris.
 Iudicibus lites, pilenta, petorita, currus
 Cum cisio triungi, carpentaq; Romula auaro
 Aurige, vel quæ fecerunt Esseda Belgæ:
 Ebrietas inosa tamen dat somnia & vtres.
 Sunt queis ferre sitim, & tristem restringere summo
 Cura famem, miseris quia nullo pondere follis.
 Nam vesana fames sic, & sitis aspra domantur.
 Inuida paupertas aliquando suscitatur artes:
 Hæc laqueis captare feras, & fallere visco
 Instituit, surdos & pisces sumere nassis.
 Hæc docuit sudum tempus quo nauita pontum
 Tranaret, scopulosq; feros, dum nomina cunctis
 Indiderat stellis, presentem & nouerat ortum
 Pleiadum, ignauos nautas qui suscitatur undis:
 Hæc dedit altricis prodirent pabula Terræ,
 Tribula & inuenitq; Trahas, & pondus iniquum
 Rastri, hæc non patitur pigro cessare veterno.
 Pro superi, mundo quid non inuenit egestas
 Dives agris, labor ille tenax qui cuncta penetrat?
 Quos catapulta vibrat, non horrent vina tumultus.
 Per medios hostes, per strictos curritur enses,

Perq̄ rogos, mare veliuolum, quâ sæua Charybdis
 Concutitur, quâ Scylla stlatis imperuia latrat,
 Inuîa quâ Thuleratibus ferit imbre maligno,
 Threicius tremulis quâ Bosphorus æstuat vndis,
 Inuida & vndosæ quâ perluit ira Malææ,
 Paupertas vini tranat contenta phasello.
 Externas terras, alienaq̄, sydera quærit
 sole alio, Herculeasq̄ parum tetigisse columnas,
 Quâ se Abyla, & magno erexit se vertice Calpe.
 Extremos ac orbe alio transire Britannos,
 Et fines mundi, & Bacchi transcurre metas:
 Fortè vt inerticulas possit deprehendere vites
 Quisque sibi, quas quisq̄ serat sub rure paterno.
 Et bibat: ebrietas madido quia nulla bibaci
 Gignitur, & superas Miscellas inserat omni
 Audaces agro, magnas Preciasq̄, Lagcasq̄,
 Addat & Ammineas, & curret iungere furto,
 Et Thasias, iam fortè noua stridente cicada,
 Et totas tenui curet committere sulco.
 Non est quòd dubitet serere, atque impendere curam.
 Hic salsa Tellure sciet, num ponere vites
 Conueniat, num Bacchus amet se collè videri,
 Aut plano, & certo sub quo vineta serantur
 Tempore, an aduentu det signa ciconia pullis,
 Vel quando Autumnus surgit, vel frigora surgunt.
 Vt prius attrito findatur vomere tellus,

satyra.

Nitaturq; aruo quòd nulla bipalia desint.
 Sint & aratra manu, curuoq; nitentia buri
 Sumat aratra manus, quorum tu iuuentor Osyri,
 Tu, quem terra potens Abatos contermina Memphi
 Sarcophago occultat tristi, celebrabere primus,
 Et tibi Tellurem ruptam mandabit arator
 Sedulus, vt flexas dimiserit ordine vites,
 Et quarto sulco cum prata bibere quod æquum est.
 Post tibi Bacche preces, & verba precantia fundet
 Agricola, tibi Bacche pater mandamus opacas
 Pampineas vestire comas, & crescere vites.
 Et seruare velis, quas non carbunculus vrat,
 Nec breuis infirmos dæcignret bruma racemos.
 Non Nepa dilapidet, nec pressus Arione Delphin,
 Non rubigo meis, vredo ve vitibus obsit
 Bacche pater, nec sternat aper Calydonius vuas,
 Vt quondam Aeneios iussu Latoidos agros.
 Ara dabit fumos herbis tua Bacche Sabinis
 Tostaq; setigeri flammæ dabit hostia capri:
 Da dulcem fructum, bona da Vinalia nostris.
 Si licet, humano faciemus sanguine ad aras.
 Sertæ tuo capiti dabimus cooperta racemis,
 Vina tuæ generosa cado mandabimus aris.
 Thermodoontiacæ pateram celabimus auro,
 Artificis duo vasa Myos, quæ pustula monstret.
 Inuentoq; tuo sparsi diademate crines

Et viridi ramo quoties onerabitur auris:
 Da pater imbelles vt det vindemia curas,
 Nec cadat ante diem tristis vindemia, molles
 sed Rhadamantæis iungantur vitibus vua.
 Et gaudet qui vite lepus moriatur inultus,
 Et quæ decipitur calamis & retibus ales
 Galbula, cum viridis turgescit pampinus vua.
 Absint principio volucres, & bubo sinis fer,
 sint procul infæstæ, quæ perdunt, omina Parrhæ.
 Sic tua persistant inuenta autore perenni,
 Musica, venditio, regum diadema, theatrum,
 Emptio, melq; recens, ceruisia, vina, triumphus.
 sic loca sacra tibi celebrent tua prælia Thebæ,
 Et debellatos hostes tibi dedita Naxos,
 Nisaq; Callichorosq; et Bacchanalia curet
 Maiestate dei gaudens Parnasiarupes.
 Et qui nocturnus clamans ferit, astra Cytheron,
 Et te qui solo placidissimus Ismarus horret,
 Et tibi sic mollis Lebedo paret histrio ludos,
 Ac videas sacras semper tibi Nebridæ esse,
 Pellitas vestes, & te sic plena furoris
 Taygeta illustret, sublimemq; efferat astris.
 Orgia læta, cheros celebrent sic semper ouantes
 Menades effuso per tempora læta capillo,
 Aera Mimallonidesq; sonent, & Tympana Bacchæ,
 Enthea turba sonet, Dryades, Satyriq; bicornes,

Frondentes thyrſi, thiaſi q̄, & plectra furoris,
 Et tibi iam bello cædat civilis Enyo,
 Et Phrygijs ad ſacra modis turrita Cybele,
 Alta licet reſonet magnis tinnitibus Ida,
 Et ſua Curetes, Chorybantes Tympana tundant.
 Vda capi ſtrati lambant retinacula Lynces:
 Sic Tygres, honor iſte tui tua gloria currus,
 Sydeream quibus eſ paſſus ſufferre coronam.
 Sed quo progrediar tanto cum pondere rerum?
 Quò nam vota, preces? non ſi mihi ferrea ſit vox,
 Centum vel detur linguis hæc promere, poſſem,
 Nec quæ nam ſubeat ſcrutandi cura Lyei.
 Quæ maiora pijs mittuntur Februa Diuis?
 Et quæ ſacra tubæ ſonitu cum prælia ſurgunt,
 Imminet omnis honos, ubi maxima adorea mundi?
 Quæ maiora graues fecere litamina Grai,
 Cum peperere tuas Neptunia Troia ruinas?
 O noua luxuries, hominis penetrabile quid non
 Ingenium inquirit? quid non humana voluptas?
 Fallere poſſe deum, qui cuncta regit q̄, videt q̄,
 Cenſet homo, vitulo quando vitioſa petuntur.
 Sed dare cenſentur purgata tomacula porci,
 Et mala quando petit ſecreta libat acerra,
 Nullo teſte, metu famæ. quid poſthume quæris?
 Mergere caput Tyberi cum ſol te mane ſalutat,
 Omne necem meritum purgabit & Albula crimen,
 Atque

Atque precare deos quæ sint tradenda columnis,
 Ut post non pudeat, si fiant publica mundo.
 Ne Clandestini moueant mala vota susurri
 Et non pœniteat, si tempus digerit, & quæ
 Cuncta dies aperit, solis multiq; labores.
 Crede mihi, non, vota petens inhonestâ, litabit.
 Ad mala non aperit surdaster Iuppiter aures,
 Quare Creta Iouis simulachrum effingere nullis
 Auribus ansa fuit: sed quorsum vina petuntur
 A Superis? quoniam ebrietas crescatq; voluptas,
 Et venas inflet vicino ventre libido.
 Improba sæpe bonos mutat vicina mores,
 Vicino vicina dedit contagio labem.
 Qui bibit, inde furit, post gignitur ignis in igne,
 Nigra velut lento cum surgit amurca camino.
 Quot damnosa Venus cõpulsit Amysthide Thracas?
 Vina cient Venerem: quoties Vrtica remansit
 A potu? veteri quoties Eruca biboni?
 Quod si torquati tardent, hebetentq; palumbi
 Inguina, iam veteres cumulabunt Cæcuba vires.
 Vina Leontinos nimium fecere salaces,
 Addicti Veneri, coluere Erycem, atq; dicarunt
 Signa voluptatis mites, bonat dona, columbas.
 Vina, boniq; cibi traxere ad lustra Nepotes.
 O dea vinoso latare Voluppia fano,
 Et iam se nato proles Semeleia iactet.

Satyra,

Hellepontiacoque parens Cytheræa priapo.
Alma Venus, Bacchusque pater iunxere Hymenæos,
Quos soror illa Iouis dignata est pronuba Iuno.
Hinc sata luxuries mundi, & furor, o dolor, usu
Lænei, fuit hinc pueri qui velleret alas.
Prò pudor, & quantos habuisti Roma Cynedos,
Et Pathicos vino saturos in sigmate grandi,
Et cum dormiret Scatinia, quot Catamitos?
Sed quoties precibus compulsi cæcuba Drauci
Potastis, vestro ut gauderet ventre Cynædus?
Romano luxu contendit Ionia mollis
Vnguentis ornata suis, mensisque secundis:
Et populi Armenæ lassæ, mollesque Sophænæ.
Ac sequitur Sybaris nimium vicina Crotoni,
Perdita, mox veniet clari Rhodos insula phæbi
Mollitiæ & luxu, contendet molle Tarentum,
Delitiæ Bacchi & Veneris, quo fœmina sudat
Ebria, & immiscet vesano vnguenta Falerno.
Non te Miletos, non te vitiosa silebo
Græcia, magna tuo viguerunt tempora luxu:
Nec gentes coluere diu quæ mania Lagi,
Nec cantus, choreas quas sensit fossa Canopi
Vasta, puellarum nec verba obscena virorum
Non sine Lænæo, nec diuersoria fossæ.
Nec ritus, moresque tuos Aegyptia Combos.
Non te præteream vinosis Flandria natis,

Nec procerâ tuos epulis Alemânia potus.
 Miratur vino astutos Hispania Gallos
 Deuotos Veneri, mirabitur Anglia quòd se
 sustentat vino, vt platanus densissima ramis.
 In nodum tortos crines, & vina Sicambri
 Curauere dea miseros quæ multet amantes.
 Aspra Maronæi luxu letabere Thrace,
 Et Pelusiaco quæ viuus turba Canopo
 Relligiosa deis, & relligiosa Lyæo,
 Et Veneri, si vina bibat de fruge Canopus,
 Vt Pharij, quod magna meri instituebat egestas,
 Vt potare velini, & succum suggerere Zythi.
 Non ego transierim Parthos comitantibus Indis,
 Parthia si gustet, si potet & India vinum
 Expressum è palmis: satis est quòd nomine tantum
 Luxuriet vini, & lasciuiat India gustu.
 Indicus & Parthus quoties quæsiuit Idumen
 Factitio vino? quoties quæsitâ Selinis,
 Et Pharos, atq; Tylos, vel felix insula palmis,
 Palmiferiq; Arabes, vbi dulce est quærere bayas,
 Et Nasamoniaco conterminus Augila campo?
 Cresceret vt turpis naturæ degener vsus,
 Et mentita Venus marium tralata figuris,
 Et natura suum genium, partemq; negaret?
 Nec timuere dei leges, neque iura senatus.
 Inuenit Natura modum, non vna libido

Vna hominis, postquã intrarunt mala dulcia lumbos.

Quæ te Bacche manus, quæ finxit, cerea massa?

Quis genius, qui te vultus vertebat in omnes

Inuide? an ambiguum vestisti Protea ponti

Carpathij? dedit illa suas Thetis alba figuras,

Aut artes, inopi genti diversus vt esses?

Et gens prima tuos cu peret per somnia visus,

Et de vite merum, dum non Ioue factus adultum

Rumpebas matris semeles vt erum ve, femur ve

Diuinum, Hispanum nutriret cælia primum,

Vt fortem, Bromioq; trucem ceruisia Gallum

Vnde veniret amor præpes, seu viueret vdi

Diua Paphi, & magnus crescente libidine luxus?

Quid si Bacche fores iam tunc nutritus, & vsus

Inuento vino, atque foret gens Indica sub te?

Et tu nigrantes populos, solemq; propinquum,

Et primos hominum Blemyas, nigramq; Syenem

Aethiopumq; caput Meroen, Nilumq; vagatus

Sacrum Bacche fores, toto & te spargere mundo

Ausus, vtranq; Thetin toto & tranare meatu

Limpida quod pugnax Hispania vina videret,

Et de malleolo potaret Gallia diues?

At nunc illa ferax, sed ibi plus viuitur albo,

Cui color est, & odor magnus, sapor atque supremus,

Quod bene sola merum vulgo, Cos, syllaba pingit.

Alba decent Gallos bene vina, colorq; Lyæi.

Candida colla decent Gallos, & corpora lactis,
 Unde dat eximium candor tibi Gallia nomen.
 Et Venus alba decet Gallos, & lactea colla,
 Alba decent Venerem, te Gallia mater amorum,
 Et Charites nudæ, nitor ut videatur et albor.
 Et Charites soboles Veneris sobolesq; Lyæi.
 Vinaq; sic Venerem stimulant, spurmosa libido
 Ebullit Veneris propter connubia Baccho.
 Quid referam antiquos veluti sacraria Phallos,
 Cum Bacchi patris celebrabat sacra Cytheron
 Nocturnus? fædis quid membrum denotat aris,
 Quod populus curet plostellæ imponere turpi,
 Vectare & per rura prius, per compita, perq;
 Totam urbem, membruum magna comitâte cateruas?
 Quid vult electum toto de corpore membrum,
 Ut fiant mala sacra dei? cur brachia? cur pes
 Poplitibus? cur turpe caput non ponitur aris?
 Non sine Diuorum fit numine, non sine monstro,
 Quod statuit, cecinitq; diu cariosa vetustas:
 Est quia nil aliud mortali in corpore, quod tam
 Infuso vino Veneris festinct in vsus,
 Quam membrum, quod multa facit vicinia ventris,
 Et potus fiunt alimenta libidinis atræ,
 Qui cogunt tenera iuuenes ætate lupari,
 Quærere & vnanimis summenia nota lucernis.
 Frsidium & media sese iactare suburra,

Luxuria tumidumq; mero, quibus vna iuuentus
 Presertim pollet, iuuenum quia sanguine caldo
 Corpora feruescunt, & fiunt Cæcuba sanguis.
 Gignitur vnde Venus iuueni, membriq; libido,
 Asperioris vbi crevit mutatio vocis.
 His vinum prohibent magni documenta Platonis.
 Sed frustra nostris quos detinet aura dierum
 Ista recens, quos fata tenent præsentia in æuo.
 Nam facilis potus pueris, infantibus, his &
 Quos segmentat & retinent in limine cuna,
 Atque nuces, quibus & tenerum pappare paropsis
 Præbet adhuc, & dulce quibus lallare papillas.
 Matribus hæc primum cura est post omnia lati
 Quid vini miscere nouis bona pocula pappis,
 Crescenti in tenero vt valida sint corpore vires,
 Absuscant potare merum & venientibus annis,
 Primæuosq; sequi portantes pocula mores.
 Nam melius sequimur quæ nos docuere magistri,
 Cum pueri, & semper tenero nutritus ab vngue
 Mos durat rigidus, nullo periturus in æuo.
 Cum bibimus pueri, capulo vicina senectus
 Epotat, cecidit nunquã natura bibacis.
 Non dicet fuimus, fuimus, velut alba senectus
 Quando dolet fragili incedens adiuta bacillo,
 Imo maiores numeri nascuntur in horas.
 Vnicuique suæ naturæ panditur vsus,

Et quæ lata dedit, sequitur: consuescere primum est,
 Quod natura quasi est, quæ lubrica profilit, et si
 Perduris tractu sit temporis acta lupatis.
 Difficile est homini naturam vincere, crede
 Quod sat erit semel hoc fieri, procedere mauult,
 Non est qui carpat, non qui vestigia turbet,
 Siue premat pedicis, laxa procurrit habena,
 Amphiteatralis iam trito limite circi
 Solus ad vsque viæ metas, & id ordine nullo,
 Vnde est difficilis flexus: hinc multa libido
 Assumpsit vires, iam iam quia flectere non est,
 Et multi rupere latus, & fœmina crissat.
 Creuere incestus, & non de coniuge partus,
 Et nati de matre lupa, de patre profano
 Herculei spurij, qui solum semina seruant
 A patribus, creuit multo curruca cuculo.
 Fæcundo & multi creuerunt fornice nati.
 A potu & primo veluti promissus adulter
 Surrexit fatale malum: lex Iulia sed tu
 Semisopita iaces, cum iam non cestreus intret.
 Tarpeia de rupe ruis pulcherrima Roma,
 Et tua Betulæ demisit purpura fasces.
 Pro superi, ebrietas quid non audebit? & inde
 Quas non intrabit rimas scelerata libido?
 Quod facit officium Bacchus, Venus hoc facit, almanæ
 Sed veniam ad Venerem: quæ purpura, quisve senatus,

Qui ve patres, quis non Veneris mala dulcia curat?
 Quis non pollutus? sunt absq; libidine pauci.
 Rarus homo in terris, coruo quoque rarior albo,
 Quamuis Lesthorum inquiras: gens vna pudica
 Esseni populi, quos inter scæmina non est.
 sed nihil humanis durat non flexile rebus.
 Romanos inter Vestalis virgo pudica,
 sed cecidit motu humano: fleuere propinqui
 Latam Sandapyla Vestalem, portaq; sensit
 Defossam Collina ream, secretaq; vidit
 Fossa virgo cibos aliquos ardente lucerna.
 Hinc veniam ad Bacchum, & dicam quas copia vini
 sollicitet mentes hominum, nunc fortior audi.
 Non est qui vinum non gustet, fumulus ille
 quem non deuincit, potat iam quælibet ætas,
 Subrumusq; puer, dubia & lanugine adultus,
 Et validi iuuenes, quibus est iam firmior ætas,
 Et trepidi, balbiq; senes, siilcernia mensæ
 Iam meriti, vinum bustum, vinumq; cadauer:
 Queis dubiæ sæpe est insignis gloria cenæ,
 Et pulchrum variasse dapes, & tradere ventri
 Sydereas Iunonis aues, turdos & obessos,
 Et volucres Scythicas, apros, lepores, Pygargos,
 Atque cibos alios alia de parte petitos,
 Quos dedit ingenium ventris, nullumq; trilibrem,
 Et te cum nullo facilem contendere perca.

Et te magne salar stellatum tergora guttis,
 Et loricato squamosum pectore salmo,
 Gloria magna freti, dubia dans fercula cæna,
 Et nullis spinis iam fama cognite Thædo.
 Te cupiere suæ laceratum Gobio mensæ,
 Et pisces alios: non sufficit vna Propontis,
 Nec quos surda stro gignit Mænaria ventri.
 Hinc potus varij veniunt, calicesq; sequuntur,
 Respondentq; cibis, sic tandem viuitur hospes.
 O quantum bibitur, si quando sigmate in vno
 Concordes animos cõmunia pocula iungant.
 Ebriolis etenim magna est concordia mensis,
 Nam similis gaudet simili, sic quippe Bonoso
 Panaretus, putri sic gaudet Thaidæ Lyde,
 Cercyon Autolyco gaudet, Scyrone Procustes.
 An vos transierim matronæ, pocula quando
 Debilitant tennesq; pedes, animæq; salillum?
 Heu muliebre genus miti mutabile vento,
 Sic Romæ leges, sic sic documenta timetis,
 Atq; viros cautos? sic oscula mota propinquis,
 Et verum indicium, nequeant quod fallere lauri,
 Nec poma Alcinoi? sinem, pœnasq; daretis
 Vt plures aliæ, si non hæc iura silerent.
 Sed pudeat mandata boni transisse senatus,
 Et violasse thorum te fœmina, cum quid olere
 Permittis, castum pudeatq; negasse maritum.

Quid iuuat incertis cum palliolata popinis,
 Tot siccas calices lecto ructante marito,
 Et vultu ficto stibio componis ocellos,
 Ac post dissimulas, ne te cognoscat in ipso
 Ingressu, atque iterum ponis caliendra prope aures?
 Qui te non nouit, sacram Vestam de minore em
 Esse putat, numenq; nouum: ò si pauca loquaris
 Coram illo, quantum transcendet anhelitus oris.
 Cum bene te norit formosam pelle decora,
 Introrsum & turpem, sed antemq; aera vino,
 Quam subito perdesq; fidem, nomenq; benignum.
 Iam nota vulgo, quis te non oderit infans
 Motus odore graui? quæ te non compita, quæ te
 Non villa, quæ te non mania ciuica pellent
 Vt summam pestem, portentaq; pessima, sicut
 Noctua nigra dabat cantu, coruusq; sinister?
 Sunt quæ symposijs calices non dertere fingunt,
 Ne sic displiceant, en illa obrubit ocellos
 Et velo & manibus, quando conuiuia propinat.
 Nunc pudibunda tacet, nunc iam rubicundula pēdet,
 Anne bibat, sed enim retulit vicinia tota,
 O bone, dispeream si delicatula potat.
 Ast ego dispeream, si non bibit illa trientes
 Quatuor, & septem, quando deserta popello
 Ad penetrabile domus latuit, nequijtq; videri.
 Iulia quid simulas? nō te Corninus in hortis

Pellentē

Pellent em manibus lymphas, & vina prementem?
 Iudicio testes nequeunt iam deesse forensi.
 Sed nuper quorsum lectica latebat in aula?
 An palles? dicam, vidi vidi ipse bibentem.
 Semper turpe fuit, biberet quod fœmina vinum.
 Sed non propterea calicem Laufella Falerni
 Nō biberes, neq; tu Meroe, licet alba senectus
 Te premat, & totis verseris cana capillis.
 At senium inuitat, nam vinum diluere vndis
 Non docuit, Staphyli inuentum tam prompta negare.
 Sed non mirandum est, cogunt primordia potus
 Hos fines, nam quando semel perijisse ruborem
 Vidimus, & frontem cecidisse, per acra currit
 Non visenda iterum: scelus hinc contemnitur omne,
 Et tunc difficile est, iam captum retibus ipsis
 Exire, & fortes Bacchi prerrumpere nodos.
 Prætereo luxum vasorum, & pocula vitri,
 Quæ potum inuitant, quibus vititur ebrius ardens,
 Et vos o proccres, & tu mala purpura gemmis,
 Nam vobis cōmune fuit sic fundere, nūquā
 Contenti potare vitro, cum lucida res sit,
 Et monstrat si forte culex. si musca cubile
 Condidit, & nigri si quid matrona veneni
 Vel famulus fudit, quo cum pallore tumescas,
 Atq; vomas animam, iaceasq; cadauere toto,
 Ut tu suprema generose Britannice cœna,

Satyra.

Et claudī insidijs, si vcrā canuntur, Haloti.
Semper enim maiora necant aconita potentes.
Propterea ò proceres famulis quid bulliat intus
Concutite, an solidum crepet, & meditata resignet.
Quid ve sit in parua pallentis pixide morbi,
Suspecti & famuli vario quid pallor in ore
Denotet, atque tremor manuum qui viscera pandat.
Nulla fides seruis, apium, tristesq; lupinos
Accipite ante cpulas, & quam fert Media citrum,
Et potate vitro, vitrum fregere venena.
Potate electro, ostendunt electra venenum
Infusum, quoniam subito vas discolor exit,
Venturos radijs veluti cum nunciat imbres
Thaumantis proles. non vos potare pudendum est
Fictilibus Thuscis, nulla his aconita bibuntur.
illa dabunt tumida malc dulcia Massica gemma,
Et nimium tumidi calices, & vasa superbis
Empta sigillarijs, & grandia pocula Murrhæ
Purpureæ, veteres & quas fecere Britanni
Bascaudæ, Herculciq; scyphi, cælatæq; in auro
Facta patrum veteri, seu vestrae gentis origo,
Quas clades misero, quæ prælia fecerit hosti.
Hæc fortè irritant potus, vt vina bibendo,
Tollantur breuiter cubiti, ne forte liquoris
Quid maneat scyatho, sed tanta est vestra libido.
Non vilescit honos, hederis quò d vase Lyæus

Caletur

Cæletur fulgente coma formosus in vno,
 Et Lapytarum animi, Centaurorumq; furores.
 Ut cecidit Broteas, ut velox Mermeros, & quos
 Obruit ille Dryas, & fortis dextera Rheti.
 Ut sine vulneribus iuuenis modo sæmina Ceneus
 Manserit, & quanto Hilæus cratere minetur,
 Et quo alius pacto poterit, nec prælia curet.
 Hæc sunt vera bono potori gaudia, namq;
 Dant animos, roburq; novum cum gutture largo,
 Crescentem gemmata augent bona pocula luxum.
 Hæc tua Roma fuit, fuit hæc tua gloria Roma,
 Postquã destiterat contēnere pocula miles
 Magnorum artificum, & tutus frangebatur ad arma.
 Ut si quæ fuerint argenti vascula puri,
 Mox subito bello validi pars cassidis essent.
 Nam illis nullus erat Bacchus, sed cæsa Pallas
 Maxima, sed Gradivus erat sublimis in aris,
 Non tamen ut Bacchus qui tunc veniebat in olla.
 Quid si fecundo placata est Mentore mensa?
 Gurgulione gruis sic crescet Mentore guttur.
 O monstrum horrendum, sic te sic vertit inanis
 Pictura, & facilis visus vertigine mutat,
 Ut te non pudeat iam posse sitire quadrant al,
 Cum non sufficiat ventri sextarius vnus,
 Nec stomacho sapidi vinum, potusq; trientis?
 Ne fiam fragilis curo, sapiis ebrie, gaude

Satyra

Quòd crassus ferues, tumet ac abdomine venter.
 Euge tuum quòd non iam ferret corbulo corpus,
 Aut corium vino tumidum lectica tribuni,
 Et non miremur præ tanto pondere: gande
 Sarraco quia iam surgis, plaustrisq; vehendus
 Ut quercus, cornu(q; abiesq; aptissima ponto,
 Eminus & talem credit vicinia tota.

Hoc opus est vini rubri, nam corpora rubrum
 Crassa facit, verum dabis his sua somnia, pone
 Cervical capiti post vina, aut pone cubile,
 Stertat ubi mutum, iaceatq; sabellicus hic sus
 Dissutis malis, & cum compage soluta:
 Impleto somno dubium est si surgere possit.

Attamen excuso da brachia Posthume Crasso,
 Vel sumptam de cannabe da funem, atq; moueto,
 Aut accerse alios, cuncti & clamore columnas
 Rumpite, dum surgit truncus, vel quando vacillat.
 Si tantum pondus non possit fortè moveri,
 Siste, roga, si non, fac dormiat ille supinus,
 Sitq; volutabris toto sub mense Decembri,
 Tempore quo gelidæ crustas fecere lacuna,
 Et quo prolixa spargit se stivìa barba.

O si supremi mox porta tonasset Olympi,
 Rumpendusq; simul venisset turbine mundus,
 Aut mare miscendum cælo: quid perdit e tanto
 Naufragio faceres? quid tanta Crasse procella,
 Sic meritus? si te celarent bellua crypta,

Non tibi sat fuerit, tantum celasse trilibre
 Posse caput crypta, ista esset tibi gloria, totum
 Ut corpus celasse putes, ut mugilis: o qui
 Mitteret ad coruos hominem mentitæ supremum.
 Dic tria que tribuit prætor, dic improbe finem.
 Posthac angusto brutis sit vivere in antro,
 Sint tibi mille feræ comites, sit maxima serpens,
 Et coluber, magni & pariens vi vipera morsus,
 Et qui concurrat Calabris de saltibus anguis,
 Nec desint Hydri, nec quæ terramq; fretumq;
 Chersydros patitur, nec Dypsas torrida, nec seps.
 Nam tales meritis comites, non corpore regnas
 In proprio, ebrietas Bromio servire coegit.
 Non tuus es, pinguedo miser te perdidit, & te
 Iunonis Divæ volucres, patinæq; potentes,
 Et tuæta, Deum & cænæ, & recur anseris albi,
 Et lepus, & grandes acipenses, atque minutal,
 Grande tuum & guttur, calices & dulcia vina,
 Quæ fecere arctis parêres servus habenis.
 Nam tibi nascuntur domini de viscere turpi
 Qui te agitant, coguntq; retorto vivere talo,
 Non tamen ut ratio suadet, nec ut orbita recti.
 Quare servus eris semper, dum vita manebit,
 Incipies posthac vilisq; vicarius esse.
 Non feriet vindicta caput, nec pileæ signum
 Libertatis erunt, non te festuca Quiritem

Donabit populo, sed cur festuca Quiritem?
 Nec cæra liber venies descriptus in ima.
 Cogaris heu vinclis, caveas ne venerit hora
 Qua impositum lapide et vendat te præco catasta.
 Perdite num ignoras sint quanta pericula vini,
 Et dederit quæ damna alijs, quas det quoq; cedes?
 Attendas stulti quæ sit natura Lyæi.
 Nam decet in vino quòd sit finisq; modusq;
 Hinc medium servare decet, sapientia vino
 Fulcitur modico, faciunt quoq; vina disertos,
 Et cautos, remanet nullo mens integra motu.
 Illa q; non mutat, præceptis non illa vacillat.
 Clarescit, tranquilla sedet regina gubernat,
 Atque suis castris propria & dominatur in vrbe,
 Et fauet imperio, magna q; superba corona
 Incedit, sævus non intrat castra Tyrannus,
 Non furie, minimo neque corpore regnat Erynnis.
 Tunc olea cuncti velant sua tempora sensus,
 Vnusquisq; sua rector se iactat in aula.
 Avertunt morbos varios, curasq; sequaces,
 Atq; omnes æstus, & quæ tenebrosa fuere
 Intus, dant q; hilarem vultum non absq; rubore
 Massica, dant somnos placidos, placidamq; quietem,
 Potorem & cogunt dulci connuere somno.
 Adde quòd & multo solidescunt robore vires,
 Et quòd se cingunt bello iuuenilia membra.

Ac velut assiduo ferrum renouatur in igne,
 Sic vinum assiduum poterit renouare iuuentam.
 Adde quòd appotivates fecere poema,
 Vatibus & quales cursu sunt vina caballi.
 Qua fera bella tenans vixit pater Ennius arte,
 Et Colophoniacus quali clarebat Homerus,
 Et qui caelesti motus gravitate cothurni,
 Arma, virumq; canit, fuit & cui Corduba mater,
 Quo tam sanguineo rubuit Pharsalia campo.
 Quadriloquystragici certabunt inde poetae,
 Nam versus tunc tunc fluitant de diuiteriuo,
 Et locuplete penu, sapiant si vina Camenæ,
 Et contra pota perit omnis gratia lympha.
 Non venit ille hederis dignus, nec imagine macra
 Qui sic potat aquam, sit carmen inutile lignum,
 Passurum cariem & tincas, coßosq; rebelles.
 Scis miser hinc, calices quid sit potare modeste,
 Et quantum profit modici mensura Falerni,
 Quidq; ferat frugis medium inter vtrunq; tenere:
 Nunc quantum noceat nimio se mergere vino,
 Et quanti cumuli sint agmina quanta malorum
 Transilysse meri fines, aduerte, docebo.
 Principio Bacchum vinclis compesce cathena,
 Ne tollat cornu solers, ne ve imperet ille.
 Seruat mille modos fraudum, scit vincula mille
 Auceps, versutus, scit thecnis nectere thecnas.

Est quoque principio mollis, sit Pallade pingui,
 Et miti astutus tranquillior ille columba,
 Ut possis tractare manu. Melitea catella
 Fit mota cauda: sed quis leo fortior illo
 Massylus, postquã intravit rimam interiorem?
 Quæve Tygris peior nudo stimulat a cubili?
 Ergo quò mitem fugias, fortemquẽ repellas,
 Scribe quid Androcydes sub verbo dixerit vno
 Pellæo iuueni, sangem potare memento
 Telluris bibitur e merum, est genus acre cicuta.
 Nunc videas tabulis quæ sint bona dogmata patrum.
 Ter bibe, sic leges, sic mystica regula iussit.
 Ter potare decet, quò non deliret amussis,
 Aut potius ventri satis est sextarius vnus.
 Et multam famulus Campano diluat vndam,
 Multas nutrices Baccho dat sancta vetustas.
 Sic iubeat dominus, iubeat sic induperator,
 Et parochus totis qui pleno sigmate potant.
 Sint procul innumeri calices, & inertia vasa,
 Quæ nullus numerus, quæ nullus cõuenit ordo,
 Dum curas cyathos quot det Fridricus amicis,
 Quot tribuat elementa decem signata popello.
 Hinc venit ebrietas, venit hinc titubatio linguæ,
 Et tremor, & pallor, totoquẽ in corpore torpor,
 Summaquẽ debilitas, crescunt mala plurima, morbi
 Diuersi, capitisquẽ dolor, morbusquẽ caducis,

Et spissum ingenium, visusq; obscurior, ut qui
 se rotat in gyros, & se vertigine turbat.
 Quid multa? assidui luxus, & dira libido,
 Corrupti mores, atque immatura senectus,
 Insomnes noctes, nam adimit furor ille soporem.
 Rursus vina suas cogunt ostendere vires,
 Atque feros aperire sinus, & mollia corda.
 Cogunt insano secreta effundere vulgo,
 Atq; crucem meriti crimen, quo pœna sequatur
 Confesso, crimenq; ferat, quod maxima serpens,
 Simia cum gallo, vel nullo culeus ore
 Puniat, aut oremq; suum sub carcere cæco
 Detineat. sic vina nocent, nocet ac odor, unde
 Vina carent clauo, cogunt ductare choræas
 Vina senem, & nullo iuuitum saltare bacillo,
 Tanquã si embolium veniat dicturus, & acri
 Exodio surgat, crudelem & fingat Orestem,
 Latratus ve Hecubæ, seu dormiat Ilionæam
 Ebrius haud fictè, velut olim Fusius. heu quis,
 Heu quis honos cano capiti, proluxa ubi barba,
 Largaq; canities natos promissit alendos
 Centum? nullus honos sanè, sed dedecus cui,
 Heredisq; sui. peius si ludere buxi
 Turbine vti pueri, & grandi torquere flagello
 Instituat Bacchus, vel currere arundine longa.
 Ecce alius vino sua qui patrimonia fregit,

Et mendicat iners, alius qui decoquit, ecce
 Additi nexi, quos creditor acre negato
 Alligat, ecce solum multi vertere bibones.
 En alius nolens orientem cernere solem,
 Et velut Atlantes orienti opprobria Phæbo
 Dicere, non æstu, verum quia creditor urget,
 Et prætor durus, peius non alea perdit
 Iusores, trepido neque dira canicula puncto,
 Cartharumvè nota, varij neque Tessera fati,
 Tempestasve maris, sit quavis horrida, quando
 Naufragium fecere viri, pictaque tabella
 Mendicant, poscuntq; cibos, paruumq; trientem.
 Quid numerem thædas, incendia celsa domorum,
 Fumantesq; trabes oblito paupere ligno
 Incenso propter stipulas, quia forte madebat
 Lenæo seruus? domini sunt damna benigni,
 Securiq; mali, sumunt si robor a flammæ.
 Actum est: Vulturni furit ac insania Cori.
 Non rabido veneris desunt alimenta marito,
 Si poscantur aquæ, cum multo robore fumat
 Tot a domus tecto, vel claustra minante ruina,
 Et quando Vcalegon thedis iam proximus arsit,
 Ardentes flammæ dum non extinxit acetum,
 Et durum lignum dum non seruauit alumen.
 Dicitur prædo simulans extinguere thædas,
 Et parua abscondit preciosa monilia capsæ,

Atque inter strepitus gaudet sibi ferre sub ala:
 Dicent vicini fecisse incendia vinum.
 Quid referam ebrietas, quæ & quanta pericula, mortes
 Ediderit, subitasq; neces? quid te pater Enni
 Mortifero oppressum merbo, quòd vina bibisti
 Funditus? & quid te multo Arcesilae Falerno
 De medio lapsum, vel te Andebunte peremptum
 Quòd biberas? nunquid Lapytharum bella silebo
 Nubigenas contra, quæ mouerat ille Thyoneus,
 Rhetus ubi periit, Pharcusq; stipite querno,
 Eurition, Medon, atque Dryas, Pholus, atq; Petreus,
 Atque alij multi quos fama obscura recondit?
 Anne sinam illæso Perræbum Cænea telo,
 Fatum tale licet non tempore profuit illo?
 Quid Polypheme tuas furias, quòd lumine captus
 Surrexti? vino quid lapsum Elpenora ab alto?
 Quid sinuessanis potus Philostrate therinis
 Quos biberas, qui ferre necis potuere ruinam?
 Quid dicam scelus Armiti cum sanguine? vel quid
 Te Cyanippe loquar famosum crimine eodem?
 Quid Floram Flauij multa vibice notatam,
 Et cæsam propter vinum? quid te Icare? quid te
 Erigone, vt proprio testèris sydere celsa?
 Anne Medullinam cæso cum patre tacebo?
 Sauromatasq; truces armis, belloq; feroces,
 Qui proprias vendunt inter bona pocula natas?

At vos ò madidi Lenæo dicite Galli,
 Dicite, quæ causa hoc nostro latet improba celo,
 Quòd pugnaturo non sicci sumitis arma?
 An quòd Bassareus vires, animosq; ministrat?
 An quòd & in castris furibundi inceditis? an quòd
 Liber ad arma vocat? vos hæc conuiuia perdunt
 O miseri in bellis, & maxima pocula, cum tunc
 Deficiunt vires iam deficiente Lyæo.
 Adde acies Cæsar castris, I maxime Cæsar,
 I Cæsar, frustra Gallorum bella minantur.
 Est breuis ille furor, breuis impetus, & breuis ardor,
 Non durat perit, è paleis incensa fauilla.
 At tu, sublimem quem numina celsa dædere,
 Surge puer, magnum antiquo caput erige bello
 Carole, Taurinamq; ferox si paruulus aulam
 Linque, truces solum curant conuiuia Galli.
 Quid non coget amor Bacchi? quisnam impulit obe
 Amentem Antigonom vesano incedere Thyrso,
 Atque hederæ, sceptro nullo, diademate nullo?
 Et quis Pellæum iuuenem diuina superbo
 Suflantem bombo, & iactantem semina fas? u?
 Et quis te Antoni cognomina sumere Bacchi,
 Ob debellatos hostes, & grandia bella?
 Bacche pater potis es, sumpsisti grande trophæum,
 Euge pater, nunc tolle animos, & facta recense
 Fortia, sublimemq; manum, mundoq; potentem.

Omnes te observant gentes, venerantur, amantq;
 Quis sine te vicus, quæ tandem villula vivit,
 Quis sine te? lautæ non sunt mensæ sine Baccho.
 Sint grandes epulæ, si non sunt vina, peristi.
 Sed dices, quid ni? si potat psittacus, & tunc
 Dicit aue melius, multum garrere paratus.
 Doliolum & timeo quòd non potaverit Hydrus?
 O miseræ gentes, non vivere posse putastis
 Absq; mero, & mirum non poto vivere vino.
 Tanquã si flatu, animamq; in pectore clausam
 Detineat, sedemq; animæ conseruet alendo.
 Sed vos fallit amor vitæ, vitisq; cupido:
 Cum tantum potarit aquam Polemonq;, Dioclesq;
 Et Lamprus, Matris, & nullo Moschion utre.
 Sunt quidam Thraces, qui tantum semine quodam
 Contenti, mox sunt hilares, neq; vina biberunt.
 Et potus Cauchi servant ex imbribus altis.
 Lac Cyrenæici potant, succumq; bonarum
 Baccarum, lac Bisaltæ, volucresq; Geloni.
 Miraris vinum quòd non bibat accola Nili?
 Solum contentus Nili dulcedine vivit,
 Et Persæ pueri, quibus vnda capedine potus,
 Qui sani vivunt, quia mos servavit, & usus.
 Quis vos ò miseri, quæ tristes cæna fefellit
 Absq; mero? ò nostro subito si surgeret ævo
 Orchia, iam nobis & cæna & porta pateret

Potorum, & vini luxus, maioraq; vasa
 Quam satis est, nunquã vt licitum potare fuisset
 Immodice, arderet rabido si Syrius astro,
 Et quamuis gentes celebrarent festa Lyæi,
 Et male diluto fierent ne fædera vino.
 Heu silet Aemilia, & centussi Fannia cæna.
 At miseri pateat domitum cum melle Falernum,
 Si durum, si triste fuit, iam cernite mores
 Quos habeant Pharij, & felices Mossynæci,
 Assueti porta semper cenare patente,
 Vt populus numeret calices, & iudicet ille
 Quis numerus venit ad conuiuia lege iubente.
 Si cornicatur cum turba septimus hospes,
 Et si sit rectum, si sit laudabile, vel non,
 Plusquã sit satis, innumeros siccare trientes,
 Nec cecidisse mero. hinc si sit laus vera Bonosi
 Cum multum biberit, stabilem se mente tenere.
 Cambysenq; ferunt nunquã cecidisse bibendo,
 Nec te Phoce mero tumidum, & Nisæe potentem.
 Quot biberit calices, ostendet littera busti,
 Timocreon Rhodius, sed non in limine nutat.
 Viderit hinc populus vobis si forte silere
 In mensa liceat, vel si garrire Falerno
 Ardenti & voces bullat a ve fundere verba,
 Et titubare aliquo, seu balbutire Lyæo.
 Transeo peruersos hominum per tempora mores

In mensis, ut si bona iam defecerit uua,
 Quæ madidos reddat, quid quid natura crearit,
 Rimentur, faciles homines quod inebriet, uua,
 Sint vnedones, vel sit Lyncestidos amnis
 Accidula, herbarum aut fumus, vel sacra Nepethes,
 Aut potus de fruge noui, ut Nilotica tellus.
 Diuersum est vitium, diuersa insania cuiq;
 Hic nam curat opes, & nummo seruit auarus,
 Hic & luxuriæ, prædis sed turpiter alter,
 Ut natura iubet, nimium mentitur & alter
 Defraudans geniumq;, suum sanctosq; parentes.
 Hic Saturninus, multum sed garrulus ille.
 Hic demens fastu præurgidus, ille superbus,
 Quantum Duratei quondam structura caballi.
 Ille furit, biberit veluti de flumine Gallo,
 Noctes atq; dies in cæna potat & alter.
 Verum alijs vitijs sua sunt medicamina, tantum
 Ebrius ignorat quæ sint medicamina, quòd si
 Quæ fuerint, pellit ne vinum hinc oderit ille.
 Non de Clitorio bibet hic, quia dulcia vina,
 Qua nec inquireret quo ponat noctua nido.
 Ieiunus nec de vino potabit eodem,
 Nec speculum sumet, rubeat quo turpis imago,
 Qualem Thersites, qualem Polyphæmus habebat.
 Non curabit vbi versetur sobria turba,
 Sobrius ut fiat de sobrietate locutus,

Audita ut Polemon barbati voce magistri
 Dimissa phylira, qui nosse silentia luna,
 Et solis tenebras, errorem & curat in aëtris,
 Et radio Aethereos cursus in pulvere signat.
 Verum quã subito, quantum mutatus ab illo.
 sunt tamen heu pauci, quos talis fabula vertit,
 Heu pauci, sed quis ritus, moresq; vetustos
 sic perdet, vestes Tyrias, habitumq; perennem?
 Quis sic metitur, potantem ut viderit vno
 vase vetus, saltem qui non bibiturat? ut quis
 Meientem vidit, qui non micturiat? euax
 Difficile est calices veteris sic tundere Bacchi,
 Et feces dulces, damnosi & vasa recentis,
 Si fument intus præcordia. at inspicie sodes
 Doliolo vinum si non corruperit aer,
 Et si de medio, & si alienum servat odorem,
 Aut veteris Myrihæ, & quod fit durable in annos,
 Ut nostrum Hispanum, vel quod tulit Itala tellus.
 Thelcmacho vel quale dedit Neleia proles
 In mensa, nam vina facit meliora vetustas,
 Quamvis non tempus patiantur Gallica. sed me
 Fabula vana feri cruciat, si credere fas est
 Impositis rebus, in te quod Iberia primum
 Creuerit ebrietas, & sis tu prima malorum
 Tantorum, tamen his date respondere Quirites.
 Dic mihi fortassis fecit tuus incola primus?


An qui

An qui post Venere viri? quis fecerit aude
 Pandere, Cetubales primi, an gens fortis Igeltrae?
 An qui post illos tumidi Venere Sicani
 Ad Sicorim, vel qui quartus post venit Iberus?
 An Graeci? an Pæni? an pubes Romana, Gothiue,
 An Mauri? Verè solum fecere Pelasgi
 Errones, gens dura nimis, gens barbarà multum
 Symposiis, epulisq; tenax, gens improba mensis,
 Non veri Hispani qui sunt, nam sobria gens est,
 Quamuis illa bibat, sint si Martinià vina,
 Sint Lucana licet, sint quæ bona Tarracho mittit,
 Concessura Italis tantum, quæ Matrical offert,
 Et quæ Torquatium non concessura Falerno.
 Mantua quæ servat, quæ prisca Salacia legit,
 Gaurano, nulla cæcedentia Tyburtino.
 Sit Trifolinus ager, vel quod dat maximus Aulon.
 Noui ego iam lassos senio, fessosq; senectæ,
 Plenos canitie, passos, balbosq; tot annis,
 Aras tangentes, testantes numina Diuûm,
 Pocula fecundi se nulla bibisse Lyæi.
 Et semper tales nostris, passimq; videre est.
 Magnus at ille sapor, si Lymphæ vase bibantur
 Albano, del quod Romana Valentia finxit.
 Nec dubium, multos quin possit nosse Bonosos,
 Et Bacchos, sed ego tales hos dicere malim
 Ex Celtis, quorum multi miscentur Iberis:

Vel quos recta meris à Gallis linea traxit,
 Aut Flandris, Morinis, Siculisvè, Italisvè superbis:
 Gens hæc heu veniens nostros corrumpit Iberos.
 Hinc vestri mores, & tempora quantafuerunt
 Materies Satyris? mala quis nõ roderet ossa
 Vestra canis? quid si Auruncæ foret ille minister,
 Hoc cum me tanto decuit discurrere campo?
 Me, quem non hederæ, quem non fecere poetam
 Pierides Musæ, neq; pallida fecit imago.
 Attamen ò miseri, quanti conuiuia constant,
 Dicite nunc, quanti mensis bona Cæcuba constant,
 Sin minus aut dicent famuli, aut latrabit Anubis,
 Aut Mæra, luctusvè Hecubæ, seu filia Phorci.
 Abstineo, forsân manibus, digitoq; notarem,
 Sed sat erit chartis mores dixisse bibonum.
 Viuite lurcones, comedones, viuite ventres.
 Ah si contigerit vestris Venusina lucerna
 Moribus, aut vafro Lunai filius ore,
 Radcret auriculas mordaci lotus aceto,
 Et bene qui circum præcordia luderet audax.

Satyræ Oenophoræ

Finis.


Iacobi Saluatoris
Murgensis Philosophi &
Theologi, De morte
Christi Lamētatio aduersus Hie
rosolymitanos.



*R*EX erat in lato solymorū maxia cāpo,
*E*t spatiosa, potēs, et iniquis aspera nodis,
*A*spera quadrifido fabricata & robore,
*C*hristum

*I*llum illum heredem patris, regemq; tenebat,
*E*uersorem Herebi, tempestatumq; ferarum,
*Q*ui regit Aerios tractus, & sydera nutu,
*T*errasq; & mare veliuolum ditione gubernat.
*Q*uid sibi crux velit & cur nam sic pendeat ille,
*D*a pater omnipotens, & tu spirabile numen,
*Q*uo nunc tollar humo, atque audacibus annue cæptis.
*E*t vos Calicolæ quæ panditur orbita cliuo,
*C*æruleas vestri portas recludite regni.
*E*t monstrate viam, qua possim vincere nubes,
*T*ollere ad astra caput nec non hæc lumina celo
*E*rigere interdum, & lachrymis me vrgere vicissim.
*Q*uid nam tanta crucis mundo reuerentia signet,
*D*icite, & hinc mecum causas evoluite facti,

Lamentatio

Nam meminisse datur, vos & memorare potestis.
Heu quos sanguineos artus, moribundaq; membra
Christe potens? heu quas macies, quæ vulnera cerno?
Squalentem barbam, fedatos sanguine crines,
Turpatumq; caput, paliuro in vertice mistos
Horrentes dumos, fedataq; tempora sertis?
Diuinas sæua traiectas cuspide palmas,
Atq; pedes, sæua traiectas cuspide palmas
Atq; pedes, quæ non dolor hic penetraverat ossa?
En exanguie latus, summoq; foramine turpe
Vulnus ibi, quod turpe deo Longine dedisti
Perfide, monstrum immane, ferox, lutulentum,
Incumbens ferro, toto quando vngula campo
Quadrupedantis equi sonuit, quando impetus iræ
Inuasit, rupitq; dei mala lancea corpus.
Vnde dei fossæ manserunt abiete costæ.
Nate patris summi quisnam cruor ille? tuus ne?
En rubor exiit subito, salit vnda liquoris,
Seruat humus: quianam tantæ miracula vitæ
Aligeri iuvenes cæli gens incola celsi
Deposuerunt cadi? cur non hæc viuida virtus
Sanguinis erigitur patera, ne in puluere sicco
Fundatur? perdet ne suos hic sanguis honores,
Quando cælituum turmas seruare decebat?
O dolor, in tantis vbi tanta pericula damnis
Diuinam dextram nostris diffundere terris

Vis deus? Et tali voluisti occumbere leto,
 surgeret ut noua lux, toto Et gens aurea mundo?
 Quæ pietas, quæ prisca fides miserata labores
 Extremos hominum, claris viduata trophæis
 Plutonis tenebras, Et tristia regna Tyranni?
 Immites fastus, Et iam vexilla suorum
 Nigra patrum misso deponet Tartarus igne.
 Ac non ibit ouans præda sine fine parata
 Cerberus, Et iam non iactabit debita sceptrâ,
 Regalesq; focos, Et inhospita claustra domorum.
 Tu deus alii imples vacuata sedilia celi
 Morte tua, Et tristes animas detrudere Auerno
 Magne paras, tua namq; ostendunt vulnera Christe,
 Qui sic nostra pati curasti verbera ligno.
 O deus in quantis video te summe periclis,
 De trabe pendentem, atque immania dona tenentem.
 O quem te deus aspicio deforme cadauer,
 Atq; manus, atque ora modis pallentia miris:
 Inclusos oculos, madidam quoque sanguine frontem,
 Et tensa excelsa liuentia brachia pinu.
 Hæ ne manus illæ? illi oculi? hæc reuerentia vultus?
 Illa ne cæsaries? hæc sunt decora alta tuorum?
 Heu quantum à primo, quantum mutatus ab illo.
 Non sic viuus eras, sed eras spectantibus ore
 Gratus, charus eras, toto quæsitus ab orbe.
 Flagrant esq; tui vultus, oculiq; micantes.

Lamentatio

Pulchrior auratis astris, rutilantior auro,
Qualem nec natura tulit. deus optime nostris
Criminibus pateris, meritis nihil ipse: sed o quis?
Quis tam crudelis fœdavit sanguine vultus
Aethereos? gens fœda nimis, gens perfida porro.
O genus Isacidum, depressæ crimine mentes,
O crudele genus, sæua truculentius Hydra,
Caucasæ palmæ, durissima pectora, quæ vos,
Quæ vos ira ferox, quæ vos insania mouit,
Cunctarum rerum dominum sic tradere morti?
Heu furor, heu demens discordia: nunc cadit ille
In Solymis, qui regna patris, qui sydera torquet.
Cui tantum licuit scelus? heu mortalibus ausis,
Inuidiæq; feræ, diræ me perditæ dextræ
Cum domino, iam iam liceat mea visere fata.
Obruite immanes animæ crudelibus armis,
Hæc vulcis requies, hæc hæc est vita, salusq;
Me me adsum qui feci, in me conuertite lignum
O Solymi, nihil hic meruit, mea culpa, grauesq;
Excessus meruere mei: quid pessima pubes
Magnatim Diuum voluisti tendere contra
Immites dextras, & vertice celsior astris
Impia bella deo, bella horrida, bella deorum
Inserere imperio, atque patrem detrudere cælo
Tentasti? non hæc pietas, non dextra, fidesq; est.
O furia, o vana scelerata superbia pompa.

Bella Palestina gentes furiosa parastis
 Cælicolis, tamen enultricia sydera contra.
 En duo Tyndaridæ subeunt certamina Martis,
 Centaurusq; ferox arcu, veloxq; sagittis,
 Vector & Europæ, & nitidis Nepa torrida flâmis.
 Iam leo terribilis furibunda fronte minatur,
 Troianusq; puer crudelibus imminet vrnis.
 Et virgo insignis faciem, formosa capillos.
 Alba pedes, caudaq; ferens letalia tela
 Scorpium, en surgunt pisces, chelæq; minaces
 De cælo iam tela vibrant, septemq; triones
 Insultant, iam iamq; mouent arma acrius omnes.
 His iuncti pulchri iuuenes, gens candida cæli
 Distribuuntq; acies, & diditur agmen acerbum
 In duo: maiores partes sol aureus vno
 Protegit, atque ingens sublimi vertice supra est.
 Et formosa alias comitatur luna cohortes,
 Irradians toto furtiuo lumine cælo.
 Non ne vides Solyma infelix quæ tristia dudum
 Fata manent te carnificem? cælo ingruit horror
 Ancipitis ferri, sonitus, gemitusq; rotarum
 Audio, pendent es currus est cernere classis.
 Nonne vides quæ nam tibi mittere tela per auras
 Aligeri iuuenes contendant agmine denso?
 Hic turbat, rapit ille faces, rapit ille sagittas,
 Aestuat ille intus, sæuæq; libidinis arma

Lamentatio.

Preparat inde acies obscurant Aethera totis
Missilibus: nunc iam infelix tua mœnia nutant,
Supplitioq; tui ciues cecidere per urbem,
Tota cades, eadem quoque fata nepotibus iisdem
En æterna tuis inerunt, atque vltima natis
Natorum extremis, & qui nascentur ab illis.
Heu misera, infelix Solyma, heu quo vulnere pressa es.
Et quo vicina gentes, iudæa propago.
Non nosti patrem patriæ, dominumq;, decumq;
Cui mare, cui tellus, cui parent sydera & orbes
Aetherei: excelso posuisti perfida ligno
Quem sol, quem Superi magni venerantur, amantq;
Cui circumstantis seruit plaga lucida cæli.
Crudeles Solymi has sedesq;, thorosq; parastis
Cælicolum regi? his cumulastis honoribus illum
Induperatoremq; poli, lumenq; polorum?
Gens ingrata nimis, gens inuida quæ tibi dona
Fecerit anne vides? nõ Christi dona putasti
Crudelis, quando muros fundauerat orbis?
Crudelis, talisne furor debetur ouanti?
Crudelis, sic mansit honos, sic gloria palmæ?
E heu quis plenos lachrimarum funderet riuos
Christe dabit mihi peccanti, pœnasq; merenti,
Quod nudus pateris fixis tot vulnere clavis?
Quid dicam ignoro, tenebris surgentibus ecce
Oculuisse caput mesta ferrugine solem.

Aspicio, & totis nox orta nigerrima terris.
 Vt luce in media, medijsq; in monte coruscis
 Incubuit radijs imitata es menstrua Phæbe
 Et subitos gemitus, & pallida lumina fratris.
 Non solitus rubor in cælo tuus ille sereno
 Emicuit, nostro faciès neque claruit orbe.
 Hei mihi, vti cælum latuit, tremere omnia motu
 sentio, Tellurem & latebris mugire sub imis
 iam dudum, seu turpe latus versante Typhæo,
 seu fera nubigenis subito vibrantibus arma.
 Hei mihi, vti immanes nutant in vertice turres,
 Vt quatitur mundus, diuellitur ordine verso
 Machina, pallescuntq; fera formidine gentes.
 Quis non Christe gemet, si hæc omnia mota repente
 Te sensere pati trepidantem, & multa gementem?
 Inuenit fessus latebroso cuniculus antra,
 Fatibus inuenit tranquilla cubilia Tygris,
 Condat vbi, nidisq; iacet volucrum genus omne:
 Nulla quies Christo, non est vbi sine quiescat.
 O pater immitis, tantorum causa malorum,
 Immites nimium palma, atque immitia poma,
 Crudeles nimium palma, crudelia poma.
 Crudeles solymi, sed tu crudelior illis.

Finis.

PANEGYRIS AD AL
phonsum Fonsecam Ar
chiepiscopum Toletanum,
eiusdem.



M P hitheatralis celebrent spectacula
pompe,

*Atque canant alij bellum insuperabile
bello,*

*Ventorūq; vices, tremebundum & turbine fulmen,
solis & ærumnas, tacitæq; silentia Phæbes,
Quæ tanta hæc moles, quæ ve hæc sit machina mundi,
Brachia quæ terris distraxerit Amphitrite:*

*Ast ego te Fonseca canam, nunc tu mihi solus
Carmen eris, sat erit tanto discurrere campo.
Grande aperitur opus, magnū et mihi pãditur æquor.
Ore alio laudandus eras, furor ille deorum
Quod stimulat, mouet atq; fouet, quod cõcitat ardēs.*

*At vos ò Mūsæ proles Iouis inclyta tanti
Dicite Fonsecæ, est vobis permissa potestas,
seu genus à proavis, & tali principe dignum.
Lata via est, silcant priscorum stemmata patrum,
Syllanumq; genus, magnæq; nomismata Pellæ,
Æmilianorum vel stemmata longa virorum.
Quid Gracchi? Decijq; duces? quid Syluia Romæ*

Alta domus? quid quæ fecit generosa Polanchos?
 Fons cana tuos dedit, & te maxime princeps,
 Quæ tam supremo voluit de sanguine nasci
 Tam similem patribus, venientem & origine ab alta
 Nequicquam ut magnis testentur sydera cæcis,
 Sydera imaginibus celsam referentia prolem,
 Atq; piam mentem, & mundi generosa trophæa.
 Tunc tu signa dabas, quando puer ore ferebas
 Ut magnus, qualisq; fores, qualisq; futurus.
 Agnovit consulta Themis, solersq; futuri,
 Quando crescentes vagitus mittere cunis
 Cæpisti primum, quæ mox sic ora resolvit
 Plena deo, & tales fudit de pectore voces.
 Euge beate puer, te plebs, te curia, totus
 Te gaudet nascente orbis, iam nascere genti
 Hesperia, hinc toto produces lampada mundo.
 Te Carpetanus, te totis Cantaber aruis,
 Lysiadessq; truces, & in armis Bæticus audax,
 Et te lætata est felix Salmantica nato,
 Felix quæ talem genuit Salmantica natum.
 Perge agè parue puer, non te venerande fefelli,
 Vera loquor, ventura loquor, prædicere nostrum est:
 Instaurator eris patriæ, multumq; verendus,
 Atq; pater patriæ, hinc & eris decus omne tuorum?
 Materies & erit vatum tua maxima virtus,
 Grandine quæ multo superum tolletur ad astra,

Atq; dabunt stimulos bona niceteria rerum.
 Hoc minimum est, cupio iam magna reuolere fata,
 Et quæ tantarum dixere volumina rerum
 Parca, cum intonuit læuam, cum sidera celo
 Non solitum fulsere, pater cum misit ab alto
 Irim, quæ misero noua panderet aurea mundo
 sæcula, diuitiasq; nouas, & nobile nomen.
 Tu princeps eris Hesperia, tu magnus in orbe,
 Quippe Toletana venies puer alte Tyara
 Ornandus, seseq; tibi summittet Iberus
 Sponte sua, tales quia tantus habebis habenas.
 O qualesq; reges populos, o quanta domabis
 Regna tuæ Hesperia, quæ bella domabis & arces,
 Non pilis, non ense fero, non milite multo.
 Tu nec eris rutilus cristis, nec casside maior
 Vectus equo, incedes neq; fortibus aureis armis.
 Mirandum: sed erunt sola formidine victi,
 Præceptis parere tuis sine lege parati,
 Vt tanto placeant domino: sic viuida virtus
 Alligat, & cogit pietas seruire Tyaræ
 Illustri, crescitq; diu reuerentia patrum.
 Mittet auarus opes te principe, mittet & auræ
 Tempa, grauesq; aras & numina sæua deorū.
 Iam non priuatis crescent æraria damnis,
 Ne pauper clamet, veniet non bellica nubes,
 Ne qui proyiciant animas in puluere belli,

Aut sit opus turmis equitū, peditumq; catervis.
 Audebit miles misero se credere muro.
 Non quæret quali cōmittat prælia campo.
 Nesciet insidias hosti, castris ve parare.
 Macte noua pietate puer, tu bella vetabis
 Et rixas, & tu compesces iurgia gentis.
 Nullaq; erit scelerum facies cum mille figuræ
 Sint scelerum, variaq; via formaq; malignæ.
 Adde quòd & Viduæ rescrant te nomine patrem.
 Tollite nunc animos & grandia tollite verba
 Vos inopes, quos magna premit, quos vexat egestas
 Improba: nunc rursus en vobis offero pignus
 Fortune toto subiturum pectore casus,
 Præstantem forma puerum, & virtute nitentem.
 Magnarum non parcus opum, sed prouidus auro,
 Largus erit, largaq; manu, largisq; ministris.
 Non abscondet opes inopi nigrantibus antris,
 Ponct at ille foro, & de magno tollet aceruo
 Munera danda inopi densis currentia nimbis.
 Præceps ista manus fluuios superabit Iberos,
 Partheniumq; citum, & voluentem saxa Cynapem,
 Et Brennū, Sagarinq;, & flumina Thermodoontis.
 Hinc humili ceruice Tagus respersus arenis
 Ante suum dominum veniet cum sceptrâ Toleti
 Tolle, cum rutilus fulgebit crine galerus.
 Ille fluenta dabit domino, atque assurgat ouanti.

Talia nec Pactole darcis, nec tu Herme fluentia,
 Cum superet maiore gradu Tagus aurifer, inde
 Grandes diuitias miseris dabis optime princeps
 Pauperibus, sic parue puer, sic itur ad astra,
 Gaudet vbi eternum domus omnipotentis Olympi,
 Et læta saliunt animæ post vincula dura
 Corporis, atq; tenet semper spirabile numen.
 Nec fumos, nec ferre rogos, nec dura timebunt
 Flagra pati miserorum, & non tractabilis Orci.
 Nec stygis Acheronte lacus, vbi nigra colorem
 Nox pellit, tenebrosa fugant & Tartara lucem.
 Sunt vbi & Harpiæ, sunt Gorgones, Eumenidesq;
 Est & forma triplex, vidi vidi ipsa furentem,
 Sibila tollentem, & sua grandia colla tumentem.
 Dic quid es attonitus, pendes & ab ore loquentis
 Chære infans, forte esse times ne fata morentur?
 Non Clarij me vcræ dei cortina fefellit.
 Sed maiora vocant aliò, grandi ore sonandum est,
 Magnum opus aggredior, nunc, ò nunc omnis abesto
 Impius: en facies vnum mirabile mundi,
 Orbis quod superet septem miracula lati,
 Pyramides Memphis, Babylonica mænia, & hortos,
 Et ludos molles Triuiæ, Rhodiosq; Colossos.
 Phidiacum superabit ebur, licet Elis amarit:
 Ammonisq; aras, & pendula Mausolæa.
 se se opere in tanto iactabit Iberia alumni.

Et tollet

Et tollet cristas mater, plaudetq; trophæis,
 Tantum et enim totus planè mirabitur orbis,
 Et celebrabit opus, laudesq; tonabit ad astra.
 Quæ gravitas, quàm maxima erunt miracula fastus.
 O fortunatæ gentes, nimiumq; beatæ,
 Quæ sic continget venturam cernere molem,
 Venturam molem, & constructa palatia regis,
 Et grande impluvium, quod quæq; peristyla vincat.
 Quid memorem portas operis, biforesq; fenestras,
 Ornamenta domus? quid magni altaria templi,
 Semper vbi magni Christo reddentur honores,
 Et Mystæ facient, & verba precantia fundent?
 Adde quod istud opus Musæum nobile genti
 Semper erit, doctosq; viros, multosq; tenebit
 Sulpitos, Masuros, Aterinos, Falcidiosq;
 Cottas, Mannilios, Basylos, rigidosq; Lycurgos,
 Qui legum nodos, qui legum Aenigmata solvant.
 Adde etiam sanctos patres, qui dia reuoluant,
 Barbatosq; viros, Chrysi ppos, atq; Solonas,
 Democritos, multosq; Thaletes, & Menedemos.
 Dixerat alta Themis, tennesq; recessit in auras,
 Protinus & cæli patuerunt templa sereni.
 Mansisti puer in cunis, mox omnia nisis
 Incipere, & facile nos omnia facta videmus.

Finis.

H Epice.

Epicedion

Psitaci,

Eiusdem.

Precipitem Heliades curru Phaetonta paterno.
 Igniuomis cum solis equis lugetis amaros
 Quæ vestro & cū fratre rogos, superaddite plāctus.
 Indigenæ volucris, atq; meum propè Thormida carmen
 Plangat deliciasq; meas, lususq; loquaces:
 Occidit ante diem ille meus, miserabile dictu,
 Psitacus ille, decus volucrum, qui signa decora
 Voce hominum tulerat, fatales Atropos annos
 Diminuit, rupitq; meos temeraria fastus.
 Vndisono Ponto non plus Zanclæa Charybdis
 Perdidit, aut Syrtis scopulis, nec Scylla marinis,
 Nec fortè Isthmonei pelagi sub litore montes.
 Prò dolor, Hispanis magis est hic flendus in oris
 Psitacus, Icaris quàm qui nomen dedit Vndis,
 Et quàm Caucasæ suspensus caute Prometheus,
 Cui præpes duro lacerat præcordia rostro.
 Quàm lugubre tibi vel quàm miserabile fatum
 Incidit, humanas imitanti psitacæ voces,
 Vt frigus glaciale polo terreret ab alto
 Vibrantem pennas trepidos te. quid tibi Clotho
 Stamine fatidico morituro dixerat? eheu,

Frigora de Getico gelido terrentia Ponto
 Penniferas obitu volucres, Sulmonis & cheu
 Tempestas ventosa Noto circumdata nimbis.
 Et Lampia tuis niuibus male sæpe precabor.
 Pernities heu quanta venit tibi Psitace tantis
 Imbribus expulso vitali lumine gaude
 Alcyone quæ Hiberna foues Trachinia pullos,
 Quodq; tuos potuit nusq; diuellerenido
 Impete cliuosus prærupto per mare fluctus.
 O Phaetontiades inopina morte peremptum
 Plangite, pullate miserando plangite planctu.
 Clamet anhelanti mittat suspiria lingua
 Celsa Dei vester ferientia sydera cætus.
 Tristia dignetur cantare Epicedia bubo,
 Omen, & Admeti cantetur Nænia Musæ.
 Ne prohibe veniant gemitus è gutture Turtur,
 Atq; para implicitos lachrymarum iungere nimbos,
 Nanq; potes, vobis etenim concordia quadam
 Insita natura est, modo sic concordia vestra
 Sic peritura ruit? comitem ne desere ad vndas
 Tendentem Stygias, Phlegeton vbi dirus adesse
 Dicitur, atq; Charon vasta transcendere Cymba,
 Et tranare Herebi Lethæo in gurgite manes.
 Cocyti nigras Theseus comitatus ad vndas
 Pirithoum est grauitate animi, Phocæus Horestem,
 Et Lycabas comitatus Atyn, dum Persea magnum

Epicedion

Aggreditur bello inferior, sed viribus impar.
Nunc O Strymonij lugubria clāgite Cygni,
Et de flebilibus surgant funebria collis
Carmina, & Hesperijs cedem hanc narrate puellis,
Sive Istrum colitis cantu, Tanainve rapacem,
Sive Padi virides colitis qui in vertice ripas.
In scopulis veteres renoua Philomela querellas.
Per deserta graues veniant ab hirundine fletus,
Atque gemit Alcyone, quondam Ceyca peremptum
Quæ flebas, pulchræ date murmura longa columba,
Strymoniaq; grues vestros propè sydera planctus,
Atque omnis volucrum chorus: Euri in vallibus altis
Memnona si flebant volucres ad busta volantes,
Dignius est volucrum plangant ad busta volucres.
At tu quæ cessas resonare in montibus Echo,
Visa dolere cauis non responsura cauernis,
Non etenim est qui monte dabat tunc vltima verba
Psittacus, humanis feriens cum vocibus auras.
Et quoties dedit ille novos dulcedine cantus?
Heu vbi delitiæq; meæ, lususq; loquaces?
O quoties audita mihi vox clara repente,
Cæsar aue, rebusq; diès tibi matutinis
Prospera, & in castris veniant felicia bella.
O quoties dominum & vatem me voce vocabat,
Et fore me magnum geminat a voce pœtam.
O quoties retulit iussus mandata referre

Carmina, & innumeris rursus recitare poetis.
 Nunc risus, rixas, nunc iurgia longa mouere
 Assuetus, famulisq; nouis ludibria verbis,
 Scommataq; & blandis peregrinos fallere mensis.
 Aethiopasq; simul imitatis reddere linguis.
 Quod si non cernas volucrum mox esse negabis.
 Nunc subito visus grandes emittere fletus,
 Et gemitus, & corde trahens suspiria ab imo.
 Visus pica loquax multos miscere tumultus,
 Et cancellato geminati in carcere turdi,
 Lusciniaeq; melos, & vincere Achantida cantu.
 Dedecus & magnum varijs non esse figuris,
 Vt Thetis alba pedes, & Proteus Pellenæus.
 Nunc Pæana canens, facilis ductare choræas,
 Et visus geminos per Bacchanalia Thyrsos
 Tendere, & innumeras volucres nunc iungere in orbem,
 Garritusq; sequi, pueris & magna puellis
 Gaudia, sed pueris iam non, non magna puellis
 Gaudia, nunc fletus, gemitus, planctusq; secuti.
 Mox & Alanina de flumine plangere Nymphæ
 Auditæ, atq; procul scissis vlulare capillis.
 sed quis parue tuos non deflet Psittace casus?
 Cunctis notus eras: perq; alta cacumina Mopsi
 Auditus clamor, vitreas Galatæa per vndas
 Cantu visa queri, & lachrymas geminare nitentes
 scissa comas, vestesq; vndis induta nigrantes.

Epicedion

Te decet alma Venus nostris lamenta mouere,
siue Paphos te celsa tenet, siue alta Cythæra,
Nanq̄ referre tuos ignes sæpe ille solebat,
Sæpe & Acidalios moriens referebat amores,
Flamicomum pulchro referebat Adonida crine,
Myrrhigenum & multo rubicundū sanguine corpus.
Quod si Tartareas dabitur descendere ad vmbra,
Et Plutona tibi petere, atq̄ Acheronta subire
Psitace, mortales voces proferre memento.
Hoc solamen erit, quod non obliuia Vocum
Tanta premant, fors an Phlegætontia tartara Ditis,
Vocibus humanis, cantu & resonante mouebis.
Contemnet ne tuos numeros Proserpina? & illa
In Siculis quondam scopulis & vallibus Aetnae
Doricios cecinit versus, lusitq̄ Camenas.
Interea ad tumultum ponetur flebile carmen,
Figite quod Musæ paruo pro corpore busto.
Psitacus altiolas hominum qui voce canebat,
Hoc iacet in saxo meta immaturus iniqua,
Vt rosa quæ verum nascens cadit ante ruborem,
Vtq̄ latent segetes populata fortibus vndis.

Finis.

Episto

Epistola ad Ioannem

Vilchium Antiquari

um Poetam, eiusdem.



Quid in abrupto flamas diffundere cāpo
 Suasit amor, s' æuiq; Deus primordia Mar-
 tis

Lata dedit, Deus ille De^o qui pectora Vatū
 Nutrit, & audaces animos iam iam æquat Olympo?
 Tradere magnarum præludia bombardarum
 Principio, tunc & bellorum ab origine causas
 Pandere multisono Romana per oppida bombo,
 Dulce nimis, tamen vt ventum in pœnetralia rerum,
 Cum petit ingentes animos, & robora trunco
 Martius ille tremor, strepitus cum quadrupedantura
 Intonuit, clamorq; virum, sonitusq; tubarum.
 Hinc fragiles animi, tunc tunc exilia corda
 Vatibus, hic labor est hic summa potentia Vilchi.
 Credideris, quod si nostri fecere Phaleuci
 Me posse Heroas canere, atq; accingere Marti,
 Falleris ah nimium, non currere talibus ausis
 Concessere Dei, aut tali petere Aethera curru.
 Illa decent magnos bella horrida, bella Póetas,
 Vbere pollentes lingua, & popularibus auris.
 Qui genus Aeneadum, euersaq; incendia Troiæ,
 Atq; vias Ithaci varias, animisq; furentem

Epistola ad

Aeaciden, & celsa canant suspiria matrum
Maiores vires, maioraq; robora porro
Postulat Argolicæ furor ille per arma cohortis,
Romanaeq; acies, Pompeianiq; triumpho.
Res eadem canere immensi fera praelia Charli,
Charli maiorum titulos, & nomina auorum
Qui nostro per castra potens supereminet ævo.
Huic Ithaco, Aeacidaeq; tonans insurgat Homerus,
Ut dux Mæonio scandat citus Aethera cantu.
Huicq; pio Aeneæ iam Minci filius amnis
Exornet faciles choreas, & carmina dicat.
Non qui sic Bauj fædas in puluere chartas.
Insequitur velox, & olentia carmina Mæui,
Horrendum Ausoniæ per tempora dedecus aula.
Hic mordere licet digitos, & lambere palmas.
Est quæ diffuso tendat tentoria campo
Aruius, & quæ se moueat de rupe Camenarum
Insignis spolijs Ostro, Gazaq; superbus.
Audacis subito senserunt fata iuuenta.
Cum primis iam fortis erat Gradivus in annis.
Et magni belli campo simulachra ciebat
Penè puer, doctus celeres vibrare sagittas,
Inq; acies strictas hostilia tela parare.
Quis furor O Vilehi, quis tunc civilibus armis
Ardor erat puero? quæ tela minacia mouit
Turbidus, & quanto se agitabat pectore Mauors?

Quæ belli rabies plantas immergere truncis,
 Et tumidas audire tubas, cum funera castris
 Miscentur varioq; & femineo ululatu?
 Feruidus in plano venientes arietat hostes,
 Et si tunc magno tremuit Germania Rheno,
 Atque Arabes, Seresq; & grandibus India gemmis:
 Quid mirum, si Graiugenum corda aspera campis
 Horrescunt, Medi q; feri, Geticæq; secures,
 Et plaga Pannoniæ, Mysiq; & Dalmata Dacis?
 Testes Ausoniæ gentes populiq; Latini,
 Quas clades, quæ bella ferox Laurētibus aruis
 Fecerit, & sensit rerum pulcherrima Roma
 Carolus in castris quid diruit Induperator.
 Romulidum rubri maduerunt sanguine campi,
 Fortia cum sanctis tetigit Capitolia muris.
 Scit Silarus ramis, scit Serius agmine dulci,
 Scit pater Erydanus, sensit vagus Addua ripis,
 Hirpiniq; senes, Salentinaq; cohortes,
 Nec non Brundusium, quanto velocior astris
 Romano circum volitauerit Itala regna
 Carolus in spolio, vidit Buxentia pubes
 Cæsareas aquilas, pugnant es ordine turmas.
 Antiquum magni cecidit decus Apennini.
 Vidistis Galli pugnet quo casside Cæsar,
 Quæ mittat rubro furiosa tonitrua campo,
 Et quibus in castris nunc fulgura nubibus armet.

Epistola

Danubius sensit quæ mænia contudit hostis
Hæc non nostra manent malesana poemata Vilchi,
Cum iuueni mihi barba sonet, senibus magis illa
Conueniunt docto qui carmina tendere gyro
Sunt soliti, & simul Aonidum magis ire per vndas,
Et volitare per ora virum voluentibus Euris.
Præsertim cum celsa mihi sint sydera curæ,
Quæ solis tenebræ, quæ sint fulgentia lunæ
Ora polo, & quæ nam telluris linea damnet.
Qui cæli motus, quis creuerit error in astris,
Vnde tremor terris, quæ vi tumida Aequora surgant,
Vnde rigor niuibus, quo fulmine fulgcat orbis,
Machina quæ nostris, quæ pendula pondera terræ
Qui sint Aetherei signati in puluere cursus.
Quis modus in rebus, quo tendat limite virtus,
Quid Chrysi ppus, quid risit in orãine mundi
Democritus, quid nam de dogmate Pythagoræo
Bulliat in solys: non illa poemate tangi
Forte sinunt, subeunt duræ curæq; sequaces.
At si forte locus, vel claustra fuere Vacuæ.
Mi sat erit minimis Epigrammata pingere chartis,
Aut Culicem, aut Aetnæ flammæ, ignes ve Vesui,
Latratu Hecubæ subitos, Niobes ve sepulchrum
Marmoreum, & Scyllam vellentem funere crinem,
Hesperias ve famas sæuas, tristesq; labores,
Aut patriæ subitam cladem minitantis Alanæ

*Diluuium, doleo nostram sic perdere Murgin
Dirum amnem, sed dulce quidem meminisse malorū.
Nonnunq̄ obscuro recubat mihi Tityrus antro,
Qui canat imbelles Capreas ad Tybridis vndas.
Atq̄ gemit Corydon, dulcis prope flumina Mellæ,
Quod pecus, hei, cecidit quæ cornua duplicat Arnus.
Et queritur Lycidas Mariani in culmine montis,
Populeæ veluti deflet Philomela sub vmbra.
Naiades vnde mihi, Dryades, Panesq̄ ministrant
Gaudia cum lustris, & capripedes Satyrisci,
Lasciui & Fauni, atq̄ cupressiferi Syluani.
At pandant alij quid fulmine bellica nubes
Triuerit, & quales dederit tuba Martia cantus,
Bella tonet biblis furibundi Vilchius oris,
Vt solet Aequorei nunc pandere Bernardini,
Qui fortes inter cuneos aperitq̄ vias vi,
Et spargit telis Othomana cadauera ponto.*

Finis.

Iacobi

❧ Iacobi Saluatoris
Murgensis Epigramma
tum liber vnus.

AD PHILIPPUM
Regem Hispaniarum &
Anglia.



*Infida procubuit toto Germania Rhæno,
Et subito infidæ procubuere manus,
Quando renascentes similes serpētibus
Angli*

*Celsa Philippæis signa dedere notis.
Quis non te Herculeæ referet contendere dextra,
Talia qui solus monstra Philippe domas?
Tu nūc Lernæos ferro contundere fastus,
Doctus & imposito scindere colla iugo.
Tu q̄ Cleonæi tundis capita alta Leonis,
At q̄ Erymantæi robor a frangis Apri.
I, pelle innumeras celeri stymphalidas arcu,
Cum triplici & magnos corpore Geryonas:
Te nam Cæsareo de sanguine tanta manebat
Gloria, te Herculeæ te decuere manus.*

Ad Lyram, cùm Ioanna Ca
 roli Caesaris filia ingrederetur
 Salmanticam.

Non licet chartis celebrare bella,
 Non licet quali ruerint phalanges
 Imbre telorum Lyra nunc sonare,
 Siste parumper.

Non tibi tales memorare casus
 Conuenit Troiæ mala, nec ruinas,
 Nec senis duros Priami dolores
 Pandere genti.

Quid tibi tales memorare casus?
 Quidve Phlegræas tibi nunc cohortes,
 Quando Titanes posuere montes
 Montibus altis?

Quidve Phæbeam Rhodon, atq; celsam,
 Passa quas nunc sit miseris ruinas,
 Dum iubet fædo Solymanus ore
 Barbarus hostis?

Maximam pompa cane nunc Ioannam
 Virginem & Nympham nimium decorans,
 Caesaris proles Charoli Ioannis
 Intrat in urbem.

Epigrammatum

Salua sis virgo comitata Nymphis,
Oveni virgo Zephyris secundis,
Casarum salue soboles, nitor q̄
Et decus ingens.

Curat in tanto celebrare fastu
Musa maiorum referens auorum
Stemma tam clarum bonitate summa, &
Dote superba.

Quis nitor pulchro veniens ab ore
splendet, & fulget gravibus cylindris?
Quod nitet sydus rosea in figura?
Quod nitet Astrum?

Nexiles auro rutilante crines
Fulminant, collum graue fert monile,
Et tremunt mirè media micantes
Fronte Pyropi.

Fert peregrinas tunicas, sinus q̄,
Vestit argento saturos crepante,
Bullit, atq̄ inter niueas papillas
Textitur aurum.

Fert & Eoas sine more vestes,
Fibula & nec̄tit, religat q̄ in auro,
Maxima iuxta sine sine fulgent
Pondere gemma.

Turba Nympharum comitatur alta.
Turba quæ claras superat puellas,

Turba

Turba solennes imitata pompas,
Atq; triumphos.

Tormi felices tua turba Nymphæ
Quæ sinu tales meditata vultus
Concipit cui vel datur insuetos
Cernere plausus.

Inde circumstant equites corusci,
Et graues turma nimium & potentes,
Et nigro stipant cunei tumultu
Puluerulenti.

O veni, te nam puer & puella
spectat, atq; Urbis chorus, & chorææ,
En patet et duplex religata magno
Ianua poste.

In Floram.

Dum numeras proavos, & stemmate pegma paterno,
Et dum Niliacas stemmate Pyramidas:
Patricium & facilem dum spernis Flora maritum,
Et pretextati fœdera coniugij:
Nunquam Lenoni potuisti nubere Flora
Perdita, nec misero nubere Flora coquo.
Si sic fata iubent, sat toto nubero vulgo,
Plebeq; de media querere filiolos.

Ad Paulum.

Dic mihi, cur nostis incidis Paule Seuerus?
Impia pone tuum musca supercilium.

De Leone & Gallo.

Gloria Marmarica toruus Leo maxima Sylva
Creuerat in fremitu turbidus, ore potens:
Hinc laniauit Apros, cum iam laniauerat Vrsos,
Curans latrantes dillacerare canes.
Disiecit pauidas iterato turbine Damas.
Namq; ira fuerat nuncia cauda sua:
Cumq; feris homines, iam & desolauerat Vrbes,
Tanta fuit rabie, tantus in ore furor.
Nullus adire vetat, prohibet disperdere nullus,
Nec minus est tanto qui dare fræna velit.
At cecinit subito cristatus vertice Gallus,
Forte Tanagrini gloria rara iugi:
Quo audito, Leo terga dedit, demisit & iras,
Nempe nec antiquis res noua nota Viris.
Quem non mille ferae, sine dente infirmior ales
Vicit, auis Leo iam, non tibi mille ferae?

De violis Gallæ.

Formosas Crasso violas formosa dedisti
Galla, caue ne te pro violis violet.

In Phylliridem.

Cum tua Phyllirides seruabat limina custos,
Compedibusq; tuos cura paterna pedes:
Sola videbaris priscis æquanda Sabinis,

Altaq; Vestalis tangere templa Deæ.
 Postq; egressa sacri fueras penetralia templi,
 Et datur in toto ponere vela foro:
 Quos non Florales statuis temeraria ludos
 Tota cupidineis penè sepulta iocis?
 Magna latus claudit iuuenili turba corona,
 Hic fouet, ille tenet: hic sinit, ille rapit.
 Cum tot sustineas salientes improba Phallos,
 Miraris si Hecubam te voco, non Helenam?

In Stellam, Platonis Epi-
 gramma ex Græco versum.

Dij dent mi stella, vt siam cum sydera cernis,
 Cælum, te vt multis luminibus videam.
 Tu prius in viuis splendebas semper Eous,
 Nunc moriens splendes Hesperus E ysijs.

In Agathonem, eiusdem Pla-
 tonis Epigramma ex Græco.

In labris animam tenui tribuens Agathonè
 Basia, verum abiens non reditura fuit.

De Norbanis ruinis.

Hic vbi Norbanæ posuerunt mania turmæ,
 Et Romana manus pristina bella tulit,
 Nunc desolatis errabat rusticus agris,
 Gestabant q; albi maxima aratra boues.
 Heu quos non populos poteris mutare vetustas,

Epigrammatum
Hic ubi Norba, fuit maxima messis erit.

Ad Marcum.

Quòd mentita mihi recitas Epigrammata Marci,
Et nonnulla tui Marce Pedonis habes:
Hinc fortasse putas, tua cum sint illa, valere,
Nulla redire potest Marce iuventa seni.

In Xantippen, Platonis Epigram
ma è Græco versum.

Te malo petij, quòd si me fors an amasti,
Accipe, & hinc formam da mihi virginicam.
Si dicis fieri non posse, hoc accipe malum,
Atq; vide misera ut forma sit ista brevis.

Eiusdem ex Græco.

Nos malum, nos qui te diligit, eicit. ô da
Xantippe, florem tempore perdidimus.

De Curtio Poeta Italo.

Pondus librorum Curtius superborum
Decadibus replens tenebrosa chartarum
Latia è domo orbi faustus edidit nuper,
Epigrammatum libros decas honorabat,
Quos nec camelus ferre posset, aut mulus.
I nunc, librorum sarcinas superborum
Curti fer, amplam posteris paras famam.

De Orphee, & Neantho.

Threicium

Threicum ut quondam laniant Orphea Thresse,
 Cumq̄ lyram exciperet & caput Hebrus aquis:
 Mox seruant e Chelyn per tanta volumina Lesbo,
 Qua magni dederant saxa mouere Dei:
 Stulta Chelyn rapuit malc nati cura Neanthi,
 Hac putat in syluis posse mouere feras.
 Insi piens iuuenis cum pulsat pectine chordas,
 Ac dulci harmonia distribuent e sonos,
 Dum putat & syluas, & saxa, & flumina riuis,
 Atq̄ homines tacitis posse mouere feris:
 Mirum latrantes stolidus mouet ille molossos,
 Ipsum qui lanient, dilacerentq̄ sonis.
 Queritis harmonia num mouerit ille Neanthus?
 Pœnitet ab quando tam bene mouit ebur.

De balneis Bletisanis, ad Candidum.

Est locus in latis Bætonum Candide campis,
 Nec iuxta Durium, nec procul à Durio.
 Quà Bletisana faciunt sibi nomina Thermae,
 Aegraq̄ ubi calidis membra lauantur aquis.
 Balnea si hæc tangis quando vreris Hemitritheo,
 Crede mihi feбри non opus est medico.

De Sambuca.

Si sambuca sonis, cur non te ponere bellis
 Apta eris? heu quos te bella deder e sonos.

In Patum.

Epigrammatum.

*Obliquis oculis Superos dum cernis in altos
Pæte, tibiq; alio dum minor est oculus:
Non fictus nostro diceris carmine Pætus,
Sed verus nostro carmine pætus eris.*

In tumulum Pontici.

*Musarum studijs, Ciuili & iure peritus,
Delitiæ Veneris, blanditiæq; simul,
Solutus amor, nam me multæ petiere puellæ,
Clarus eram eloquio, clarus eram genere:
Doctus eram cythara, ducebam pollice chordas,
Qui nunc vermiculis Ponticus hic iaceo.*

De Auito,

*Ante diem incedit præcano vertice Auitus,
Et manibus tremulis, & titubante gradu:
Iam baculo prætentat iter male perditus vrbe,
Quæritis hoc quidnam fecerit? ebiberat.*

In tumulum Cytheridos.

*Quis cinis in tumulo, quæ pompa? Cytheridos. & qui
Sunt comites, non sat si colat vna rogos?
Musculus, & passer, Melitæa catella, columba.
Blandimenta illi quis dabat ista? Venus.
Quid sibi vult cerusa? nouam decorata figuram
Hac ornabat anus, sola puella sibi.
Hircissabat anus, quam non Arbuscula, Origo
Anteibant, pueros vicerat atq; senes.*

Nunc iacet heu nigro, sed tu miserere, sepulchro,
Lanificæ Parca iam cecinere diem.

In Detractorem.

Quidam carmina mordicus laceffit,
Ira nubilus, ore cum trilingui,
Tristaturq; meos videre versus,
Emendare canis laborat illos,
Et carbone notare, mille creta
Postquam doctiloqui modos notarunt.

Adlatrat rabie meus canina
Detractor, pereat meos laceffens
Versus, invidia minor, fremens in
Obscuro, pereat ferumq; murmur,
Cornix quale quatit via rotunda.
Delector canis invidus quod adsis,
Felix quem assidue invidi laceffunt.

Infelix iacit invidus sagittas
Cui nullas facili notante charta.
Hoc detractor habet meus, bisfrons est.

Dentatas mihi pingit ille chartas,
Allatis furijs furit, citatur
Vt Tigris catulis videns cubile
Nudum, spicula Thessalo veneno
Mittit, Scorpius & putat timendus,
Vt Dypsas putat, & putat Cerastes,

Epigrammatum

Amphisbena putat, nocens & Hydra,
Serpentes putat Indicæ timendus.

Iam mordere meas eupit lacernas,
Quando carmina non potest molossus,
Ruptum & rodere quod cadit cothurni,
Carmen quando nequit, vices aluta.
Et sic invidus vsq; vult timeri.

At dicam modo verior a veris:

Rodis te inuide, iam mori timecto,
Et spectata timidus diem supremum.
Non est, quod maledicis & minaris,
Possim, aut carmine vellicas, timere.

De Venere sculpta ab Apelle.

Vinebam Venus orta salo, non terra videbat
Me, cogebat enim spuma latere mari,
Me nisi vidisset, nisi me pinxisset Apelles,
Cogeret assidue spuma latere mari.

In capram labentem oleam.

Capra salax gregibus pacalem lambit oliuam,
Pallados Armi feræ gaudia summa Deæ:
Fit sterilis linctu, breuiterq; arefcit oliua,
Et cadit: iratæ sed cadet ira Deæ.

Victima Palladis non fiet capra sub aris.

Quas dat, non placant, turbæ profana preces.

In sepulchrum Niobes.

Hic est mortuus, & carens sepulchro.
 Hoc est & sine mortuo sepulchrum.
 Verum & mortuus est, sibi & sepulchrum.

Ad Aloysiam Sygæam.

Tu decus Hesperiae nostros, Aloysia versus
 Accipe, reginae te licet aula premat.
 Et lege quales sint nostras Sygæa camenas
 Sygæa Hispani gloria rara soli.
 Non Pompeianas cantamus in orbe secures,
 Nec qualis veniat Cæsarianus eques:
 Non monumenta Pyli, nec Cæsaris Amphitheatrum,
 Nec Babyloniaci mania celsa loci:
 Venisti tu sola meis cantanda camenis
 O Sygæa decus, deliciaeque patris.
 Sola Toletana Sygæa es gloria gentis,
 Quæ currit toto notus in orbe Tagus.
 Nusquam nata fuit tam lætae femina fato,
 Siue Latina fuit, Græcaque siue fuit.
 Tanta tibi est Latine scriptis facundia lingua,
 Atticus & roseo tantus in ore lepos:
 Ut dubitem Hesperiam talem genuisse Latinam,
 Et talem Danaam te genuisse Tagum.
 Adde quod Hebraeis poteris contendere virgo,
 Cumque Sycis facile iam potes ipsa loqui.
 Invidet omnis Arabes germanam Aloysia linguam,

Epigrammatum.

Quod superas Arabes, & superare pium est,
Felix quæ tantis potuisti vincere linguis
Et Crassum, atq; alios fœmina sola duces.

Ad Iacobum Solanum.

Magno à Principe quidquid est creatum,
Quod Natura iubet, tulit: potentes
Dat baccas Sycion, rosas dat Enna,
Pestanum violas nemus puellis,
Messes Gargara, dat Timolus uvas,
Dulces Hybla fauos, Hymetos vna:
Picentinus ager suas oliuas,
Messes Carseolis, negans oliuas,
Nam Natura negavit huic oliuas.
Et Benacus alit suas volucres,
Cygnos Erydanus, Padusa cygnos,
Magnus fert Athesis suas aues, &
Tardus Mincius, & suas citatas
Miro turbine Larius volucres.
Sylva Marmaricæ creant leones,
Massillumq; nemus creat leones,
Tybur poma creat, Paros columnis
Donat marmora candidi coloris:
At tu quid tribuis solane? versus.

De filio Quintia.

Nec pappare petit, nec vult curvantia ramos

Poma puer tener hic, sed melimela petit.
 Dulce placet quidquid pueris, da Quintia nato
 Quod sibi vult, infans nam melimela petit.

In malum Poetam.

Carmina quæ mittis, sunt trunca, & inutile lignum,
 Et nullum inter se pondus habere solent.
 Clauda manent semper, quando meditata reuiso,
 Innumera mendæ, multa litura notat.
 Non comes est illis cythara Cyrrheus Apollo,
 Non comites Musæ, nullus in ore sonus.
 Cum bene cognoui, roserunt carmina mures,
 Passaq; sunt cariem, passaq; sunt tineas.
 Quid facient homines, rodant cum carmina vermes?
 Ne mittas posthac carmina quæso mihi.

Ad Petilium Agellarium.

Munus quod dederas nobile Petili
 Accepi mihi gratum opus,
 Iucundum nimis & graue,
 Et quo nobilius nihil.
 Inueni volucris carmine Vilchium
 Cantantem fera prælia,
 Miratus noua carmina,
 Miratus noua prælia.
 Hic Dux magnanimus quàm bene dimicat,
 Enses vt rotat inuidos,

Epigrammatum

Vates quàm bene concinit,
Ut se motitat in pede.
Tollendus dubito quis magis in Aethera,
Turbat praelia qui manu,
An qui carmine dimicat:
Solum hoc secula iudicent.
O quàm difficile est carmina sic loqui,
Ipsa ut sic eadem notent:
Si miles cecidit, cadant.
Si currit nimium, volent.
At sic omnia scit pingere Vilchius,
Ut perstent pede consono,
Aptus casside Martia,
In campo similis dulci.

In Venerem armatam.

Alma Venus dic cur clypeum? dic cur geris hastam?
Cur lorica humeris? cur galeam capite?
Non sunt hæc Veneris, at sunt insignia Martis:
Desine, non ad te pertinet iste habitus.
Virginis os, habitumq; Deæ, flavosq; capillos
sume Venus, magni quid tibi Martis opus?
Non armor bello, Martis tamen induor arma,
Ut Maiores tandem desinat illa sequi.
Nam si in me sola & Venerem & nascitur arma,
In thalamis semper mox erit ille meis.

In eandem Venerem armatam.

Nititur armatam clypeata laceffere Pallas
 Te Venus, Armi feræ quod geris arma Deæ,
 Et certare iterum curat super illice forma,
 Quod placet illa sibi, & non placet illa tibi.
 Quid vult illa procax galeata laceffere Cyprin?
 Vincere si potui nuda, quid armigera?

Echo loquitur.

Cum plorem, atq; gemam si vis me pingere Sesti,
 Pinge meos gemitus pulvere, pingere nihil.

Eadem loquitur.

Desine rimari qui me genuere parentes,
 Nec sum, nec fueram, vox ego sola vocor.

Ad Ioannem Vilchium poetam.

Vilchi Pieridum decus Sororum
 Summi Castalij pater senatus,
 Qui nunquam peritura plectra pulsas:
 Qui sit, cum Hesperie poesis illa
 Quæ antiquis volit æverat per annos,
 Ad primos numeros redacta venit?
 An fortissima fata sic dedere?
 An motus bene præpotens Olympi?
 An quod sic dominus iubet, deusq;
 Primos Hesperie esse nunc poetas,

Epigrammatum,

Qui miri celebrentur orbe toto,
Qui magni Charoli sonent trophæa,
Et qui prælia fortium virorum,
Et quali posuere castra campo
Duces magnanimi, & viri potentes?
Nec frustra, dederit pater potens cum
Nostro hoc tempore Vilchium poetam,
Hunc qui bella canat, sonet q̄ bella,
Hunc qui castra canat, sonet q̄ castra.
Quem sic Aoniæ ferant sorores
Vlnis eximys, ferant q̄ palmis,
Lauro & tempora tam verenda vatis
Exornent nitida volante bacca.
Hinc Vilchi celebrandus es Camenis.
Vilchi præsidium, bonæ lucernæ,
Qui magnus volitas per ora vatum:
O Vilchi celebrandus es Camenis,
Qui nunc carminibus nouum sonabas,
Quo insertare caput polo supinum
Altum ibas gravitate purpurata,
Tollebas q̄ ducem plagas adus q̄
Celsas Cælicolum, verende felix
Bernardine tuo graui poeta,
Tali contingit ore cui sonari,
Mundo & tendere dexteram potentem,
Vt olim Acacides timendus armis

Graio Mæonio, quem ad astra tollit,
 Acneasq; pius, potensq; bello,
 Andino sene versibus potente.
 Diceris Maro tu secundus aula
 Vatum nobilium, dabunt locum inter
 Vates Hesperiae tibi poeta
 Et multos numeraberis per annos,
 Cum nostri venient humo nepotes,
 Canent quod dedit Antiae Poeta,
 Et quando leget Hesperos Poetas
 Mundus, te recitabit inter illos,
 Et te ponere nobili in corona
 Nitetur, quia dignus es corona.
 Si forsitan numerare vult poetas,
 Lucanum recitabit, & Damasum,
 Miro & carmine Silium potentem,
 Qui periuria summa Barbarorum
 Tonat Barbarico furore motus,
 Iuencum, Aurelium grauem, & sonorum
 Hanc quem Salduba misit in palestram.
 Hinc cantabitur ille Martialis,
 Simul Canius, Hena, Luciusq;
 Et tu Bilbilitane Liciane.
 Et tu praepete Deciane versu:
 His cantaberis o Poeta Vilchi,
 Tu qui es gloria singilis, decusq;

Et vate Antia gloriatur orto,
 Cedat ne Antia Cordubæ potenti.
 Felix Antia vate tam superbo,
 Cui iam Calliope caput coronat.

De Theophyla, & Ruffo.

Rubere deformi vult pulchra Theophyla Ruffo,
 Sed non illa suum nouit amat a virum:
 Hic bona disperdit, solus patrimonia frangit,
 Illa tamen seruat sint luculenta domi.
 Noctes atq; dies hic ludit, & incitat orsus,
 Attamen illa affert a noua pensa manus.
 Dissimilem doleo tibi casta Theophyla Ruffum,
 Eycc, quære aliam iam tibi Ruffe parem.

Epitaphium Ferdinandi Arcaei.

Cui multa numero velarunt tempora Musæ,
 Occubui, me non viuere fata sinunt.
 Me Pimplæ lugent, & quas dat Cyrrha sorores,
 Fons me luget equi, Thespia tota gemit.
 Per colles luctu resonabilis assonat Echo,
 Echo, fert quæ me docta per ora virum.
 Dignus eram his hæderis, & dignus imagine macra,
 Quodq; corona mecum cingeret ampla caput.
 Hæc tamen hoc tristi desertus sine sepulchro
 Arcæus iaceo Pyramidas meritis.

Aliud.

Qui

Qui Beneuentanus fueram, Salmantica mater
 Me tenet, Hispani gloria magna soli,
 Erigit illa mihi Salmantica Mausoleum,
 Condor at angusto limite Sarcophagi.

Aliud.

Cecus eram, sed non pollebat acumine lipceus
 Tunc tanto, quando viderat Elysios.

Aliud.

Hic iacet Arcæus, totum at volat ille per orbem,
 Sed vos quis fuerit, dicite Pierides.

Aliud.

Parcite flauentes Musæ lacerare capillos,
 Arcæus qui obijt, non obijt, sed abit.

Ad Charillum.

Miratus toties flauos Charille capillos,
 Et quæ sic fuerit forma, decusq; tuum:
 Quod non ridentis vicere rosaria Pesti,
 Nec Prænestino quæ rosa rure viret.
 Tuscula nec tellus, nec quas Campania sumpsit,
 Nec Tyburtinus quas modo mittit ager.
 Quam subito miror quòd te mutauerit ætas
 Debilis, & quæ in te forma caduca manet.
 Heu miseri nostro nihil est durabile mundo,
 Heu Charille, decus quod fuit antè, perit.

Epigrammatum.

Epitaphium Fabr iiii.

Fabritius iacet hic, iacet hic, & vterq; Cupido,

Fabritius Veneris natus amare puer:

Et tener, & pulcher, formosus & illic vultu,

Felix ingenio, mente decorus, amans.

Cui Charites ioca dictarunt, facilesq; Nixæ.

Quem fortuna suo condidit alma sinu.

Angusto tegitur telluris limite, qui nunc

Mausolum meritis, Pyramidasq; fuit.

Siste gradum, fessos & gressus flecte viator,

Et fle tam paruo marmore Fabritium.

Ad Alpharum.

Barbara vt insigni iactat se Thracia vate,

Cui Sylvas cantu, & saxa mouere datum est:

Vincere & Eumenidas furias Phlegetonis auari

Et Styga Tenarium, tergeminumq; Canem:

Sic Alphare tuo gaudebit Batica tellus,

Pollice quo suaui nobile saltat ebur.

Sed quos non Geticos rebus quæ barbara gens est

Humanis, quos non tale mouebit ebur?

Non tam mulcerer motus dulcedine nauæ,

Quam chordas ista sic feriente manu.

Riphæo hoc differs Alphare sonorus ab Orpheo,

Quod digitis homines tu trahis, ille feras.

De Posthumo.

Surrentina bibit, siccatur ineta Timoli

*Posthumus Oenophoro, semper at ille sitit:
Nulla tibi huic morbo turpi medicamina prosunt
Posthume, sed si quævis, bibe Clitorium.
At dicis, nolo mihi quæ medicamina prosint,
Dulcia vina bibam, malo sitire diu.*

In Philomusum.

*Vidisti Philomuse tres sorores
Ludentes nimium micante Phæbe
Cum clamoribus undecunq, sed non
Vidisti Philomuse tres puellas.*

Ad Soxium.

*En tibi Saluator mittit sua carmina Soxi,
Ut Saluator amet, Soxius ut valeat.*

In Actæonem.

*Dic miser Actæon canibus laniate cruentis,
Quæ cogunt aruis te mala tanta pati?
Lumina, nam postquam nudam miser ipse Dianam
Vidi, me laniant, dilacerantq, canes.
Cornua magna dedit capiti, ne vivere possem,
Irritamentum, mortis & inditium.
Hac illa est pietas? hæc est clementia Diuæ?
Hic dolor Aethereus? hic & amor Superum?
sic habet, & tali voluit me tradere morti,
Ut fierem Actæon symposion canibus.*

Epigrammatum

Felix Tyresias nudam qui Pallada vidit,
Et solum est captus lumine Tyresias.

De Gallo Poeta.

Quos Gallus fecit versus, atq; edidit, illos
Semper, ait, possum dicere iure meos:
Mentiris, vulgi sunt edita carmina Gallo,
Nec carmen poteris dicere iure tuum.

De Chronicis Vasæi.

Mortua iam dudum regnis Hispania persto,
Vasæus vitam reddidit enitcrum.
Restituit quantum potuit mutare vetustas,
Quod lapsum fuerat gentibus, ille dedit.
Surrexere sinus, qui non venerere papyro,
Surrexere vrbes flumina cuncta, lacus.
Prospera sum populis, quod tali contigit ore
Vivere, iam tanto hoc erigar historico.

De amico avaro.

Prò dij quàm est cupidus meus sodalis,
Ne vinum famuli bibant, capacem
Designat fenus anulo lagenam.

De Gallo Poeta.

Multa boni misit mihi carmina Gallus Amoris,
Qualia sint, dicam, carmina, nullus amat.

Ad Paulum.

Causam carmine musca cur voceris,
 Queris Paule meo, molestus adsis,
 Et nullum inuenias tuas repulsas,
 Qui iam ferre velit, nec acta Paule?
 Hinc sis musca tumultuosa nostris,
 Hinc sis carminibus molesta musca,
 Tam infestus q̄ mihi venis repente,
 Quam infestus pecori volans Asylus,
 Et quam sunt Meropes fauis volucres,
 Et quam taxus api est, odor q̄ cancri,
 Quem Vulcanus edax cremat fauillis.
 Non possum iam ego Paule te videre,
 Istud monstrum hominis, ferum q̄ vultum,
 Qualem cernere iam timent puelli,
 Qualem cernere iam timent puellæ,
 Ut noctu timidum videre phasma.
 Sed tu non ideo finis venire
 Efrons, obuius & mihi superbus,
 Si te pello miser, miselle clamas,
 Si te pello miser, miselle rursus
 Collatis numeris redis molestus.
 Quid hoc est, nisi musca quæ molestat,
 Et saui culices micante luna,
 Quos conopea, vela nec parata,
 Nec tentoria pellerent ab ore?
 Abi musca, culex abi parumper,

Epigrammatum,

Mulsam non habeo fauos nec arcis.

In marmorem Niobes.

Marmorcum corpus tam durum conficis hospes

Sic potuere manus pingere Praxitelis:

Improba nam tales veluti de marmore mores

Natos sustinui, duritiemq; gravem.

Fœmina dura fui, petulans, multumq; superba,

Qualem me potuit pingere Praxiteles.

Ad Ioannem Vilchium Poetam.

Si negas Vilchi resonare carmen,

Et novos pura dare mente versus,

Nec rosas florens dabit Enna nobis

Prima malorum.

Si tuos cantus pateris latere

Hinc suas baccas Sicyon negabit,

Et nemus Pesti violas, rosasq; &

Gargara messes.

Mitte nunc ergo Cytharam petenti,

Et graues Musis sonitus, chelynq;

Mitte queis solers bene sæpe mûlces

Aethera cantus.

Lætor ingenti fat eor Poëta,

Lætor & castis numeris, modisq;

Vt iubet blandis Erato triumphis,

Atq; Thalia.

Incipe

Incipe ergo iam resonare carmen,
 Et novos pura dare mente versus,
 Et rosas florens dabit Enna nobis
 Prima bonorum.

Si tuos cantus pateris venire,
 Hinc feret baccas Sicyon libenter,
 Et nemus Pesti violas, rosasq;
 Gargara messes.

Uilchius his respondit Saphicis.

Orpheo ducem Cytharam mouente
 Et lyram plectro quatiente eburno
 Audiens cantus stupuit canoros
 Tartarus ingens.

Carminē hoc manes Herebi profundi,
 Carminē hoc vmbrae tenues silebant,
 Carminē hoc nocte Eumenides, satusq;
 Cerberus Orco.

Cessat Ixion toties reuolui
 Cum rota, cessat ~~te~~ core in renato ^{te} core
 Pascier vultur, subis haud caducum
 Sisyphæ saxum.

Protinus docta vt sonuit Thalia
 Auribus nostris tua mi Iacobe
 Musa, vt elinguis stupefacta mansit
 Nostra, nec hiscit.

Epigrammatum.

Sapphiceis sic tu sine fine mulces
Canticis aures, rapis, atq; captas,
Fiat ut se, qui legit illa, quibus
Protinus extra.

Sed tamen sicut Cytharædus olim
Phyllira natus docuisse Achillem,
Fertur, & tali cecinit magistro
Te sequar ipse.

Tu velut qui sis Helychonis intra
Fontis admissus latebras, & haustus
Hauferis sacros, ego qui sororum
Limina seruem.

Donec illorum datur in recessus
Ingredi, sed te præcunte, ut altum
Sic queam iustis meritis Poetæ
Nomen habere.

Ergo Murgensem populum decoras
Qui tuis claris studijs amice,
Vive, doctorum volitet per ora
Fama virorum.

Ad Ioannem Vilchium Poetam.

Cum cantus mihi Sapphicos
Misti, & cytharam, atq; placidum melos,
Arvisit modus Orphicus
O Vilchi, o animi grata quies mei.

Versus namq̄ ferunt tui

Te datem eximys nobilem honoribus,
Macra dignum & imagine.

Cum vero Antiacum diluuium gemis,
Et tristes hominum neces,

Tunc ipse Anticum diluuium gemo,
Et totos gemo Beticos,

Ad riuū vt positus murmura garrulū
Sebatus baculum ferens

Indignum misera morte Palæmona.
Verum, prò Superi, tamen

Et sic hic populis increbuit furor,
Sic & nos Deus heu, Deus

Qui cœlum incolit, & qui mare temperat,
Iam iam perdere in imbribus

Immensis voluit, sed tenuit manus.
O quas pertulimus minas,

Heu quæ nos miseros sæua pericula
Inuasere nouis dolis.

Hinc sæuit Boreas, hinc furit & Notus,
Surgit q̄ hispidus Africus,

Et cum multiplici turbine verberat.
Nunc mutare domos videt

Vulgus, nunc trepidat iam minantibus.
Vidi Thormideas deas,

Horrendum, tumidas vertice in arduo

Epigrammatum

Ipsa cum patre Thormide

Mirū ascendere iam castra superbia.

Insultare nova nece

Mestos agricolas, ex cidium vltimum.

His addes pluuias diu

Et noctu nimias, fulgura, fulmina,

Addes scava tonitrua,

Et terram madidam semper & cfferam

His nostris Academicis.

O sortem miseram, o fata nouissima.

In Ambrosium Gallum Poetam.

Te Galle stultum nominat malum vulgus,

Spurcum, leuem te, turbidumq; mendacem,

Et multum ineptum, garrulum, macrum, blasum:

Sic est, poeta es turbidus, leuis, mendax,

Et multum ineptus, garrulus, macer, blasus.

Vis ne hoc modo te nominet malum vulgus?

Ma crede, ne sis iam poeta, quid? lixa.

In eundem.

Galle canis noctu versus, & Pergama Troia.

Ast aliena macer praelia Galle canis.

Cura Galle canens rubicundas sumere cristas,

Defuit hoc solum, Gallus eris subito.

In Rabirium.

Cum te lassa premat, capulo & vicina senectus,

Et uideas medius Porthmea naue nigrum:
 Cur quæris tremulus tota sub nocte puellas
 Ensiculo? quæ dant commoda tela manu?
 Fœmina si non me, vincetur fœmina ferro,
 Inquis, sic gelido nulla puella negat.
 Desine amare miser tota sub nocte Rabiri,
 in veteres quæq; est dura puella senes.
 Gellia baubabit, Phycella Gallæ peribit,
 Latrabit, si te viderit vlla thoro.

In eundem.

Deformem dicit sub nocte Rabirius vnam,
 Formosamq; senex credidit esse miser:
 Luxerat Oceano, & cum iam surrexerat vndis
 Sol alius, nouus & venerat orbe nitior,
 Reginae dominae sese iactabat in aula,
 Quod rediuiua suo venit amore Venus.

In tumulum Fredenandi Pintiani,

Hic Pintiane iaces tantæ post tempora vitæ,
 Solus in angustâ non bene tectus humo.
 Ornasti Graio qui regna Hispana lepore,
 Et qui Romano Tullius eloquio.

In eundem.

Barbara iam pridem fueras Hispania, sed mi
 Contigit, vt foret hinc Græcia tota tibi.
 Vt foret ille decor Latij gratissimus oris.

Epigrammatum

*Et foret in patria gloria prima mihi.
Sed nunc chara vale nostris ornata triumphis,
Linguo solum, & cupiens astra, volo ad superos:*

Echo in obitum eiusdem.

<i>Echo da resonare, forte si quid.</i>	<i>quid?</i>
<i>Fertur funere Pintianus ille?</i>	<i>ille.</i>
<i>Quid hoc? sic iacuit dolente vita?</i>	<i>ita.</i>
<i>Heu heu cum salibus suis, incisq?</i>	<i>hisq.</i>
<i>Venuisti periere forte lusus?</i>	<i>usus.</i>
<i>Et sic Hesperiae iacent Athenae?</i>	<i>tene.</i>
<i>Dic quae praemia sunt, quod ille vixit?</i>	<i>is.</i>
<i>Hic promptus potuit loqui diserte.</i>	<i>certe.</i>
<i>Hic sermone fuit diu faceto.</i>	<i>aceto.</i>
<i>Musae haec funera dic mihi audiere?</i>	<i>iere.</i>
<i>Et nostro in Latium manere nolunt?</i>	<i>nolunt.</i>
<i>Rem narra miseram, & luti propinquam.</i>	<i>inquam.</i>
<i>Velles viueret ille vti morosi?</i>	<i>osi.</i>
<i>Da ergo perpetuo hoare, fiet?</i>	<i>fiet.</i>
<i>Interdum Aethere de uolans, abito.</i>	<i>ito.</i>

Monodia in obitum eiusdem Pintiani.

Prima laudis Iberia

*Defle funera filij,
Magni funera filij,
Elere iam vacat,
Crede iam vacat.*

Sic matercula filios
 Dilectos miserabilis,
 Sic gallinula pullulos:
 Nunc geme, & geme,
 Nunc dole, & dole.

En Pintianus humi iacet,
 En ille ille decus tuum,
 Qui sermonibus Atticis
 Ornauit tuos,
 Afflauit tuos.

O quale occubuit caput,
 O quæ Græcia nunc iacet,
 Quale & quâ lacrimabile
 Romanum forum,
 Hispanum forum.

Primæ laudis Iberia,
 Defle funera filij,
 Magni funera filij,
 Flere iam vacat,
 Crede iam vacat.

Sic matercula filios
 Delictos miserabilis,
 Sic gallinula pullulos,
 Nunc geme, & geme,
 Nunc dole, & dole.

Ad

Epigrammatum

Ad Dindymum pauperem & claudum.

Ore sagax, & nare sagax es Dindyme, multum

Ore vales, multum Dindyme nare vales.

Ore petis panes, & Dindyme nare popinas,

Claudus utroq; pede es, pauper & immodicus.

Exclamas cum dona petis iam stent ore victo,

Regia saepe tuis fletibus aula fremit.

Tibia quòd patcat, nudetur coxa laboras,

Allicias ad te vulgus inane breui.

Letaris quòd sis claudus, det dona popellus,

Gaudes, quòd tibi sit sanguinolenta manus.

Et dicis, dona augentur quando vrbe labasco,

Inuenio medicos, & mihi in vrbe patres.

Claudus enim si non, paxillo nudior essem,

Atq; asini fierem stercore sordidior.

In eundem.

Cum foret à puero quæsitus Dindymus, efrons

Cur petis heu munus Dindyme, nonne pudet?

Respondit, tristi nunquam conducit egeno

Natus fronte pudor, sed caput omne patens.

Quid prodest velare caput, dic, rebus in arctis?

Sæpe pudere bonum est, non vbi fortè nocet.

In eundem.

Dona ferebat ouans, quæ vix sibi ferre camelus

Posset, & illachrymās dona petebat adhuc,

Et dicebat adhuc, funduntur munera cribro,
 Non et enim impletur mantica pauperibus.

In tumulum Arietæ Theologi.

Hoc Arietæ iacet, præ tristia fata, sepulchro,
 Maxima Cantabrici fama, decusq; soli.
 Non decus est bello, non maxima fama bipenni,
 Nec qua Mauortem Cantaber arte colit.
 Non quo naucleri iactat se Cantaber usu,
 Insano gens quæ est ingeniosa mari.
 sed quia Theologiæ rimatus sacra supremæ
 sancta salutiferi prætulit arma Dei.
 Contemptor magnus fragilis vitæq; caduce,
 Possedit patriæ celsa anabatra meæ.

In eundem.

Crudcles Parcæ, crudelia fata sorores,
 Quæ vestras poterunt flectere verba manus?
 Demona qui horrendum, qui seuos vicerat hostes,
 Vincere non potuit licia vestra Deæ.

Epitaphium eiusdem.

BUSTO siste parum viator, adstæ,
 Albo hoc marmore fama, honor, decusq;
 Ingens Cantabrici soli, dolorq;
 Matris marmoreo hoc iacet sepulchro.
 Circumstant a sarota culta bustum,
 Non demunt a sarota culta fletum,

Epigrammatum,

Nec siccare genas valent figura,
Nec siccare genas valent columna,
Quæ pascunt oculos cibo videndi,
Fletus sed geminant potentiores:
Sunt factæ lacrymis novæ columna,
Magne & tristitia: viator adstas,
Ploras, & si sapias hæc, viator adstas.

In Zoilum.

Sæpe laceſſebas nostros clam Zoile versus,
Clam mordere truci & Zoile dente soles:
At si fortè palam mordaci dente laceſſis,
Mox palles, morde Zoile, novi animum.

In Posthumum.

Si Marmertinis veniat tibi collibus uva,
Vel quæ de Hispano sit tibi lecta iugo:
Non delectaris misso tibi Posthume dono,
Sed tantum uvarum Posthume uina bibis.
Ammineas pellis vicinis collibus uvas,
Et tantum uvarum Posthume uina bibis.
Pellis lanatas, precias cum colle Biblino,
Sed tantum uvarum Posthume uina bibis,
Et Veientanas, & quæ de vite rubella,
Tu tantum uvarum Posthume uina bibis.
Et Thasias, & quæ fuerant de colle Falerno,
Tu tantum uvarum Posthume uina bibis.

Namq̃

Nanq̄ times acinos, hi nam Anacreonta poëtas
Perdiderant, quare Posthume vina bibis.

Exugas natum, tamen auferis Posthume matrem,
Dulcior est natus Posthume matre sua.

In eundem.

Olim fetebat multo tibi Posthume vino
Corpus, nunc anima est fetida facta tibi.

Hinc fetore graui, & formica nigrior atra,
Et pice permansit nigrior Illyrica.

Cythara ad Alphonsum Fonsecaam Ar-
chiepiscopum Toletanum.

Fonsecas Cythara, & decus
Immensum Azebios canes
Et gesta emula Romuli.

O quem purpureum patrem
Tangent cum niveo poli
Celsi sydera vertice,

Hinc & Martia pectora
Inuenies numero breui.

I qua callem aperit Deus,
Papè lampada fulgidans
Templo nonne vides Dei?

Ut sese euehit ardua,
splendet, qui supereminet
Regum & pontificum choros?

Epigrammatum

Hic solus patriam eripit
Fluctu & libera mania,
Crevere Hesperia culmina,
Erexit capita aureis
Vndis Bebulens Tagus
Summo hoc præsiede, texere
Sed gyros Cytara hinc decet
Maiori sonitu & tuba,
Mundo longior ambula,

Quà Morini extremi degunt Seresq; remoti
Ingenti fulcita animo, & præstantibus ausis.
Ille pater patriæ pulcherrima Fonsæcarum
Progenies toto fulget venerabilis ævo,
Qui nova iura dedit populis, nova sæcula mundo,
Hesperia columnen, cæli sublimia curans,
Diffundens mundana solo velut Aethere lapsus.
Nonne vides decora alta domus, decora alta suorum
Quæ nunquam Faby, quæ non tetigere Metelli?
Quo solio imposuit? quo euexit Iuppiter astro
Pontificemq; Tagi, libertatemq; Tyaræ?
Tunc hoc regales tollebat principe fastus
Orbis, & ibat ouans Capitolia ad alta triumphis.
Descendit pax alma polo, iam margine ripæ
Assidet, & nostris volitat velocior oris.
Sed merito, nam ipso posuit sua sydera cælo.
Purpureos transegit auos ab origine prima,

Ingenuis subito dum fertur ad Aethera factis,
 Unde & Iberus honos sua nomina condidit astris.
 Quòd si addas Cythara his numeros, nec digna re pen
 Hæc solum dices, moriens secum omnia vertit. (des,
 In Petrum Ramum Veromanduum

Trimetri Iambici.

Quis hoc potest videre, quis potest pati?
 Quis? nisi lutosus, pedicosus, squallidus,
 Auris Batava, & Arcadum pullus rudens?
 Ebulidem alium turgidulum in illa mania
 Nostræ Stagyris à Gallia excitare fulgura.
 Inepte Gallule hæc videbis, & feres?
 Es es lutosus, pedicosus, squallidus,
 Auris Batava, & Arcadum pullus rudens.
 Sic Rame nostros destruis vanus locos,
 Tuis ut istis stulte questionibus,
 Tuoque inani fulmine ut Salmonicus
 Mundum improbulis his impleas tumultibus?
 Quis te furor? quæ compulit dementia?
 At unde nobis surgis, ut tam audaculus
 Velis elephantem tantulus, minutulus,
 Aetate in ista primula miserrimus
 Sine viribus compressum humi procumbere?
 Nec habent venenatae tuæ sagittulae
 Robur, nec habent vires, ut hispidum nimis
 Numerum Sophorum, senticosum, & garrulū

Epigrammatum.

Qui habitat domos & vulturi & bubonibus
Deditas, rigentes senticetis, & rubis,
Pressus malignis esuritionibus,
Superare possis, vulnerare, aut vincere.
His te cachinis Rame nunc stomachantibus
Mouere tantas sic decet tragedias?
Rubiginosis rodere istis dentibus
Paras venerandos pristino cultu lares?
Veruntamen nodo ne perplexabili
Antiqua mordes dogmata & sophismata
Recepta tantis pristinis academijs?
Nodos tuos quos stulte perplexabiles
Forsan putas, quis possit illos solvere
Curas? anus vieta soluet, rancida,
Cadauerosa, depilatis palpebris,
Mucosa, defluentibus vel lachrymulis,
Grauedinosa, putridis mammis, genis.
His dimicantem nunc locis cornutulis
Patitur te ad vndas ambulare sequana,
Quando semel expulerint viri, & momorderint?
Hæc cura tantum polluas stribiligine
Ne istos tuos graues libellos, & graues
Hos codicillos, verba sesquipedia,
Numen sacratum, debitum primum Deis,
Sed quod cloacis debeatur horridis.
Non alia Rame compulit dementia,

Dogmata noua, vt lites nouas, rixas nouas
 Orbi moueres, notior nisi gentibus
 Vt sic venires, quando nulla mentio
 In posteris futura de te annalibus,
 Vt qui impius combussit ædem publicam.
 Sic sic putas venire in ora gentium
 Istis tuis sine sine morsunculis?
 Venies quidem, sed pessimo tuo malo.

Attamen abi nunc maximam in malam crucem
 Inepte, inepti suscitator agminis,
 Dabunt Superi mi longius tecum loqui,
 Tunc tunc peribis, tunc miser iam iam eades
 Vestigijs, pedibusq; tandem lubricis.

Ad Polycarum.

Sunt qui te nigro cupiant Polycarme pheretro
 Iam ferri ad cineres, funereosq; rogos,
 Illius quando venient silicernia monstri?
 Vulgus ait de te, quid olycar Pme facis?
 Factitios & habes dentes, rugosaq; colla,
 Et fictos crines, quos miser vsq; linis.
 Sic non inuenio qui te iam possit amare,
 Debueras fieri nam Polycarme cinis.

In Quintiam.

Secrete extinctum lamentis Quintia ploras
 Fabricium, extincto quartaq; currit hyems,

Epigrammatum

Et nunquam cessant lachrymæ, næ miror ocellis
Quod manant madidis tanta fluent a tuis.
Solū auget lachrymas quoniam Berecynthius] Atye
Redditus ab cisso est inguine Fabricius.
Iam satis est, desiste, time ploratibus actos
Latratu Hecubæ, seu lapidem Niobes.

Ad Marcellinum

Admiror capitis tui vigorem
Marcelline decus salusq; patris,
Cum caluum, & tibi sit caput recaluum,
Et nudum in medio, diuq; caluum,
Sint & hinc tibi, sint & hinc capilli.
Et tanquam cumuli volent rotati,
Calua & pars niteat nitore multo,
Vt nobis videatur alba petra,
Seu latis parius lapis columnis
Postus vertice candidi coloris.
Quarè calue caue nigras Sorores,
Et mortem, & tua fata quæ minantur.
Ne te mors inopina det pheretro,
Ne te præripiat dies peremptum,
Hoc solum faciet volucris illa,
Si te viderit illa quæ supremo
Multum in delicijs fuit Tonanti.
Si te viderit illa quæ Poete

Et pensa, & tragicos scidit cothurnos,
 Cum caluam volucris feriret albam,
 Vi testudinis à volucre missa.

Nam illo visa fuit nitore marmor:
 Marcelline caue nigras Sorores.

In Margaram versus Miuri.

Margara Margaridum fortunatissima, licet
 Margara Margaridum nobis sis pessima nurum,
 Quid tibi cum tantis opibus, dic improba? tibi
 Quid cum fastosis famulis? agè perfida, siles?
 Nec pater heredem fecit, nec tradidit opes,
 Nec mater, frater ve tibi, quis nam dedit opes?
 Oris honos, decor oris, honor & gratia tui
 Corporis, angusti portus, & compita, mare,
 Veliferi nautæ: fortunatissima nurum
 Margara Margaridum facta es, & pessima nurum.

De suo natali.

Orna floribus hanc domum,
 Albas fer puer & rosas
 Natalis meus est dies,
 Magno hoc lumine qui nitet,
 Fer florum calathos, & cane tibia.
 Hic herbas, hederam sere,
 Pesti quare rosaria,
 Post Daphnen quoq; lauream,

Epigrammatum.

Narcissum & Varium nimis.

Cura munda domus floreat ordine.

Da da pontificis dapes,

Da da grandia pocula,

Da quæ prisca salacia

Magnis condidit amphoris,

Aut quod Pannonicum est, aut Thasium inclytum.

Gracari decet amphoris,

Noster sic iubet hic dies,

Et mensis Saliaribus

Auritus saliat lepus,

Et ripas virides Ardea quæ colit.

Et quæ pessimo Dedalum

Perdix risit ab arbore,

Fac mensa rubeat mea,

Et iam fercula præpara,

Panes candidulos, & satyræ cibum.

Et salta puer in rosa,

Qualis ludus Ionicus,

Quale & Sicinium solet,

Qualis Romulidum chorus,

Cum magno strepitu & buccineo sono.

Sed quò me furor incitat

Et quò me rapitis deæ?

Morum excedere sit nefas,

Quònam illi numeri mei?

Detur nunc folia, & vertere paginas.
 Te saltare modestia
 Magna te decet in choro,
 Non quales Satyri puer,
 Nec Nymphæ nemorissequæ,
 Quæ motant nimio pectora Bassareo.
 Fac cornu valeat graue
 Et Thyrsi & caua Tympana
 Cum clamoribus ad polum,
 Quando progeniem Iouis
 Laudant Vitiferum palmite nobilem.
 Nam me sobrietas decet,
 Olim dogmata qui dedi,
 Sic solum cane dulcia,
 Mentem vt detineant meam,
 Celsa ad sydera quæ mox celerem ferant.
 Grates dent vt opifici
 Rerum, qui mare, qui polos,
 Summo, atq; ordine consono,
 Et qui me similem Deo
 Fecit, perpetuò qui regit ardua.
 Dic dic, ô pater, ô Deus,
 Dic ô qui regis omnia,
 Da da tunc domino meo
 Mox caelestia visere,
 Quando liquerit hæc vincula corporis.

Epigrammatum

Fac intrare plagas tuas,
In sunt queis niuei chori,
Donum & perpetuum datur,
Magnum & viuere cum deo,
Dulcis semper ubi est harmonia & melos.

De Iouiani Pontani Nænijs.

Pupule pupule meus cape mammæ pupule pupule,
Bellule pupule cape, pupule belle cape.
Pupule puer, mellite puer, rape pupule papillas,
Hæ tibi sunt mammæ pupule pupule rape.
Tu post Luciolo tu blandule Somne venito,
Somnule blandulule, blandule Somnicule.
Luscula Luciolo ludat, & Lucia cantet,
Expromat lusus Lucia Luciolo.
Hos tibi pupule canat Iouianus pupule lusus,
Hæc sit Pontani nænia næniola.
Verè eadem est pueris, senibusq; parentibus ætas,
Et datur ad primos sæpe redire choros.
Pupule pupule senex cape mammæ pupule pupule,
Bellule pupule cape, pupule belle cape.
Pupule senex, mellite senex, rape pupule papillas,
Hæc tibi debeturnænia næniola.

In animum.

Cum tibi sint pauci, & nullo sint ordine dentes,
Indicaq; exornent cornua cum senium,

Ossibus

O sibus atq̄ emptis viuas, denda tū videris
 sola tibi, anne vides quòd dedit hoc Elephas?

In tumulum Silicæi Archiepiscopi To
 letani, & S. R. E. Cardinalis.

Hic iacet Hispanæ gentis decus, addita cælo
 Mens, cuius coluit sacra Tyara caput.

Ille galeritos inter non vltimus, aurei
 Quo cum ripa Tagi iam Tyberina foret.

Frontem istam ornaret triplici diadema corona,
 Ni Silicæe tuum parca daret tumulum.

In eundem.

Qui Silicæuseras, Marcellus, Iulius esses,

Ni pro te gemitus Martia Roma daret.

Sed quia Roma gemit cum Tybride, Iulius heu non,
 Non Marcellus eris, quid? Silicæus eris.

Ad Ioannem Vilchium Poetam.

Ite mei versus, quæ nunc datur orbita, & Urbis

Intrate muros Antiæ,

Quæ vicina rigat viridisq̄ & fertilis arua

Cursu recuruo singilis.

Gens vbi clara togis, & non viduat a trophæis

Rotabat enses Martios.

Insigni lauro veneranda vbi tempora cingit

Epigrammatum

Dulcis poeta & nobilis,
Vilchius ille meus, quem vos celebrare soletis,
Palma refertum vindice,
Cui dicetis aue nostrum, nolite timere,
Non bile perditus tumet.

Vos leget, & voluet vestros vt voluere fratres
Solebat in dies magis.

Hic vestros sonitus cantus gyrosq; probabit,
Solers amicus, seu pater.

Dicite, vti summo artifici placet, ardua qui fert,
Et me valere, & viuere.

Hic vbi Betones cernunt fastigia rerum,
Quamuis Iberi rustici.

Si querit fors an cur nulla volumina mitto,
Chartasq; sicuti petit,

Scitis vti deceat tunc respondere roganti,
Domi teneri vin culis,

Non etenim decet illa virum volitare per ora,
Exire nec prima domo,

Insaniq; time nt feri dum fabula vulgi,
Sic me iubere, & pati.

Purior vt fiat noſter sine iudice foetus
Donec paretur culmini.

Horrescit q; vticam, ne vel mittatur Ilerdam,
Vinctus cac binis proximus.

Epita.

Epitaphium Ioannæ Hispaniarum Re-
ginae serenissimæ.

Qui gemitus? regū, quæ nā hæc structura sepulchri?
Regina, hic ne iacet magna Ioanna? iacet.

E heu, sic illam rapuit vis effera sati?

Quid ne erit hinc? lachrymæ, qd sine sine? dolor.

Ergo ubi Iberus honos? moriens secum omnia vertit.

Quinam hæc fata colunt vltima? pontifices.

si licitum, superi lachrymas regina dedissent,

Nil mirum si te regia turba gemit.

In Amore Trimeri & Dimetri Tabici.

Quid tu sagittas perdit e, & pharetram obijcis?

Quorsum mihi tu spicula?

Nobis licebit perfide has sagittulas

sedes habere sanguine?

Timeo nec ista missa nobis vulnera,

Nec sanguinolentam necem.

Pueri minaces quis timebit palmulas?

Istas timebimus manus?

Adeste Iambi, arripite nunc hunc mordicus,

Laniate, ferte, cædite.

Nunc nunc furorem, nunc amaritudinem,

Necate ferro, fulmine.

Hic mi sagittas mittit? hic mi spicula?

Hic

Hic mi minaces palmulas?
 Et vos sagittas mittite, atq̄ spicula,
 Celeresq̄ motus sanguine.
 Sine veste fastosus puer sed ambulat,
 sint sint parata verbera.
 Hic paruulus viris, & infensus Deis
 Mi nunc mouebit iurgia?
 Superi fidē vestram, fidē vestram inuoco,
 Patiar ne tantuli minas?
 Iactet parentem Venerem, & vnicum Iouem,
 Hac cura nobis scilicet.
 Diuina iactet nomina, & patrium decus,
 Nec tangit ista gloria.
 Narret parentem Venerem & vnicum Iouem,
 Diuina narret stemmata,
 Modo sagittas non mihi, nec spicula
 Intentet ille mittere.
 Non non Superi optimi, ista non possum pati,
 Rogos, facesq̄ cæculi.
 Tu nunc minas mi congeris, tu talpula?
 Tu mi faces, tu cæcule?
 Adeste Iambi, arripite nunc hunc mordicus,
 Laniate, ferte, cædite.
 Nunc nunc furorem, nunc amaritudinem,
 Necate ferro, fulmine.
 Sed vos cauetē, ne puer forsā volet,

Pennas habet superbulus.

In simulachrum Pluti

Dialogismos.

Aurea quis tumidus colit hæc alteria? Plutus

Ille ego sum. quorsum turgidus atq; tumens?

Ille ego sum Plutus, cui sunt toto orbe dicatæ

Diuitiæ, parent omnia diuitijs.

At cur claudus ades? venio quia nostra petenti

Tardus, & hic dum pes claudicat, annus abit.

Implicitum pennis te subleuat aura recessu,

Dic, hoc quid sibi vult? an sua causa subest?

Cum mea donavi molimine dona ministro,

si male dispensat, quàm brevis vsus inest.

Nam fumosa volant quæ congersere ministri,

Fumosas & opes quàm brevis aura rapit.

Mentis inops, cedo, cur stas, & lumine captus?

Est quia non meritis distribuuntur opes.

Sola iubet vano regina pecunia vulgo,

Non ubi sit sapiens imperat illa satis.

Ad Stephanum Crassum.

Marmore Romano sculptam tibi mittimus Echon,

Misi sti nuper quam mihi Crasse prius.

Corruptam nobis, sed nunc tibi mittimus illam,

Romana ut nostris possit ab Vrbe legi.

Carmen tale est inuentum Romæ in
saxo vetustissimo.

Quæ celebrat Thermas Echo & stagna alta Neronis,
Deludit voces garrula sæpe meas.

Sæpe hic Narcissum specto simul illa moratur,
Si queror, hæc queritur, si gemo, & illa gemit.

Quis nam clamor? amor, quis nã furor? Vror, an Echo?
Echo, quæ grauior pœna in amore? mora.

Spectas Narcissum? ipsum namquæ causa morandi?
Orandi, non hæc dicta notabit? abit.

Ad fuerat? fuerat, num isthic? hic, quem fugit iste?
Is? te. etiam men? Verum ô quid amare? mare.

Num veniet? veniet. quæ spes? æs vincitur auro?
Auro. victor ero prodigus agiles. eris? eris.

Sunt pueri fragiles? vi muneris? eris.

Quis docet hæc? Echo. cur bene clamat? amat.

In obitum Andreae Saluatoris Roysi
fratris sui charissimi.

Et quis mi vigor integer

Hoc vt concita pectine

Sonet carmina Barbitos

Innumeris numeranda seclis?

Fraterno, heu miser, impetus

Vatis funere concidit,

Nec iam mi cytharæ iuuant,

E manibus cecidere plectra.

Nunc solis lachrymis vigor,
 Nunc planctus erit impiger.
 Hoc cantu resonat domus,
 His lachrymis gemitus virescunt.

Has donas hyemes mihi?
 Hæc suspiria tristia?
 Sic noctu atq; diu feror
 Te sine te sine frater absens.

Heu quando horribilis tuo
 Venit funere nuntius,
 Mi sanguis, fateor, gelu
 Cepit hebere statim potenti.

Tunc os pallor & occupant,
 Mox præcordia palpitant.
 Quorsum vera negem? iacent
 Continuo moribunda membra.

Sic sic me sine abis? meos
 Hoc solum geminat mihi
 Planctus. sic ruis Andrea?
 Hoc potuit geminare luctus.

Tu matri dolor ac patri,
 Charis fratribus occidis,
 Magnæ dclitiæ qui eras,
 Fratribus ac patribus voluptas.

Fusis aureolus genis,
 Pulcher purpureus rubor
 Heu qui vno pergit die,

Epigrammata.

Heu Veneris decor ille primus,
Quò nunc, quò color inclytus,
Pulchro murice gratior?
Quò nunc gratia corporis?
Horribili hæc periere fato.
Sed nil perpetuum datur
Huic nostro generi à Deis.
Omnino miseri sumus,
Hocq; modo voluere Diui.
Hic matri geminus dolor,
Quòd gens te tenet extera,
Quæ sæuam colit Hispalin,
Beticæ vbi viguere ripæ.
Terra omnis cineres feret,
Actus occulet vltimos,
Busto quælibet optima,
Dulcius at patriæ sepulchrum.
Aeternum vale, & amplius,
Fiat sic vtinam rogo,
Vt nunc ossibus est quies,
Elysiis domibus quiescas.

In Cænetaphium Ioannis Lusitano-
rum Regis inclyti.

Miraris fastum tumuli, pompâq; viator,
Ardent esq; faces, conflagransq; rogorum

E busto cumulos, & magni nominis instar
 Effigiem? quid bella ducis? quid si arma furentes
 sanguineosq; enses numeres, letosq; triumphos,
 Ac pariter regale decus? quid si Indica passim
 Immenso furibunda viro cantare trophæa,
 Et victas meâ Musa cum regibus vrbes.
 Nunc celebrare feris, & regis pandere nomen?
 Hic terras, gentesq; novas, nova sydera & orbes,
 Mirandasq; nouis patescit regibus aulas,
 Atq; dedit noua iura mari, nigrisq; carinis.
 Hincq; parum si sancta canat viridante vetustas
 Imperitasse hedera victos te Bacche per Indos,
 Tu licet & Thyrsos numeres & Tympana plausu.
 Huic fluxit, mirum, mansuetis mitior vndis
 Oceanus, lataq; vias extruxit in alto,
 Et patescit iter, narct quo nauita Ponto.
 O decus, ô nomen magnum, ô noua gloria solus
 Lysiadum, te tanta diu rex fama manebat.
 Rumpant ista licet vitalia stamina Parca,
 Non rumpent regale decus: Neptunus in vndis
 Ingemuit, te Nereides planxere, Tagiq;
 Te plaxere Deæ morientem fortis in vrbe
 Dulichy, sat erit nunc hæc dixisse viator,
 Cætera scis: nam pollicitus maiora, furentens
 Viuens qui vitreis Neptunum vicit in vndis.

Ad Ruffum.

Epigrammatum.

~~Dicit~~ Ruffe meis gaudet Grimalda libellis,
Verè hoc Ruffe placet, casta puella mihi est.
Non pædicantes legit illa puella camenas,
Et non lasciuos insidiosa iocos.
Quenam hinc illa sua potuit conuitia famæ
Sumerè? per dentes non legit illa sales.

De Spe & Nemese.

Nemesin potentem, candidam spem altaribus
Ponant eisdem, queritis?
Iubemur hisce symbolis fatentibus
Sperare tantum quod licet.

De Actio Syncero.

Nil nisi syncerus cum sis syncere, poema
Quod nisi syncerum scribere, ferre potes?

De Poetis huius temporis.

Vultis vos numerè bonos poetas,
Et quales dederint Dei, Dea q̄?
Non dicam licet vsq̄ me rogetis.
Heu q̄ rara avis est bonus poeta:
Sed quos ni Bauios q̄, Meuios q̄,
Quos hæc tempora Cæsios dederunt?
Nunc mi parcite rustici poete,
Non possum tolerare chartularum
Vestram spurcitiem, nigros libellos.

Si non possum ego rusticus poeta,
 Ferret vos Maro, vos bonus Catullus?

In Simulachrum Principis.

Orbe sub obscuro est oculatum cernere sceptrum,
 Principis in Phario nobile dogma solo.
 Quod tunc cornigerum solem monstrabat Osyrin,
 Cui terrena patent inuia cuncta Deo.
 Sol Iouis est oculus, sic credidit alta vetustas,
 Sol mundi, princeps est oculus populi.

Poetas debere esse vini potores.

Vina qui vates potioris odit
 Cæcubi prisca positi dyota,
 Perdit ingentes moduli canori in
 Carmine motus.

Vt ratis Ponto cita fluctuatur
 Mersa defectu Zephiri, vel altis
 In mari velis peritura nautis
 Cum freta condunt.

Bacchus aduersus aperit fenestras,
 Concitat grandes meliore plectro
 In lyra cursus, bibite hunc Poete
 Carmine patrem.

Impetus addit, celeres ministrat
 India cæpi placidi caballos,

Epigrammatatum.

Nutrit audacter solito vapore
Pectora vatam.

Ore describant alio poete,
Gestiunt versus modo si madentes
Bacchico motu, fluit ante vena, &
Diuiteriuo.

Ad Philippum Regem de Capto
Quintino.

Gallica coniunctis cū cingeret oppida Vallis,
Instrucet q̄, feras miles ad arma manus:
Cingere Quintinum Vallo voluere cohortes,
Verum fata negant, mox vetuere Dei.
Apparet subito celsa Mars horridus hasta,
Alternā vibrans maxima tela manu.
Talibus ingreditur dictis, ac talia fatetur,
In q̄, arce immensa mox siluere Dei.
Parcite vos iuvenes Quintinum cingere Vallis,
Opposita in castris arma Philippus habet.
Irritus iste labor, labor irritus, obuius enses
Sanguineos acuit Caesar, auct q̄, sequi.
Si tua terribili victoria prima Philippe
Deuictos hostes Marte iubente tenet,
Quid fiet Caesar proce dere longius armis
Si datur, & longas mox aperire vias?
Omnia sanguineis turbabis castra sagittis,

Gallica tunc facile surget in arma manus.

Ad Musas.

Magnæ Castalides Deæ,
 Rarus Pieriæ domus
 Cætu fœmineo chorus,
 Quæ & Pindi colitis iuga,
 Parnassumq; tenetis:
 Cur sacraria tangere?
 Cur vestros mihi nunc locos
 Non datur? penetralibus
 Tantum & Socraticis libris
 Iubetis inuenem immori?
 Crudeles nimium Deæ,
 Castæ parcite virgines,
 Sit saltem mihi in otio,
 Quod natura dedit, simul
 Vestros sumere lusus.
 Tunc me ludere cantibus
 Deccebit, date virgines,
 Tunc me scribere carmina
 Deccebit, date deprecor,
 Mixtum sæpe choræis.
 Sic vos Aonijs colat,
 Sic vos Pierijs colat,
 Sic Pimplæus amet liquor,

Epigrammatum

Libethriq³ colant iuga,
Parnassi q³ cacumen.

In virum habentem uxorem
adulteram.

Amplexu refoues sinuoso in pectore natum,
Oscula cui libas, labra q³ summa petis:
Falleris, esse tuum censes hoc pignus amoris,
Mentitus q³ foues pignora chara pater.

De Numantia.

Smyrna, Rhodos, Colophon, Salamin, los, Argos, A-
Certant antiquo de patre Meonio: (thenæ
Diuersæ de me sic certant vndiq³ gentes,
Sit satis, en oriens me genuit Durius.

De Umbrosutore ad Petrum Vict oriū.

Victori meus vंबर è lanista
Fit sutor, renuit tamen vocari,
Indignatur & ille sic vocatus,
An non officij fatetur vmbra?

In Timocreontem Rhodium ex Greco
apud Athenæum.

Consumpsi multas epulas & pocula, dixi
Contra homines, iaceo hic Timocrem Rhodius.

De Vida & Sannazario poetis.

Mantua si misera nimum vicina Cremona,
 Quod vicina habeat mania celsa suis:
 Mantua nunc verè nimum vicina Cremonae es,
 Vidam ornas numeris condecorasq; tuis.
 Maxima nunc pulchra fulgere Neapolis arce
 Visa repente sui carmine Nazarij.
 Deliciae nostrae Musis presentibus ambo,
 Dulciloqui, nitidi versibus, ambo graues:
 Festiui ambo, pulchri ambo, ritimisq; canori,
 Non alio est alius pulchrior, ambo pares.

De eisdem.

Cum sitis similes vos addita fama Poetis,
 Cur vos distinctos, disimilesq; legam?
 Coniunctos pariter vnoq; volumine tantum
 Vos mea iam dudum bibliotheca tenet.

De Venere & Musis, ex Graeco.

Musis ista Venus, Venerem decorate puella,
 Contra vos vel erit, vt paro noster Amor.
 Haec Musae Veneri, sermones desine blandos,
 Contra nos poenas non habet iste puer.

In Panaretum.

Curas te nostris patiar iuuenescere chartis,
 Nec sinit hoc virtus, nec sinit hoc vitium.

In Eundem.

Epigrammatum

Deglubis, lingis, pædicas improbe, fellas:
Et sumis proavi nomina Panareti?

In Inuidum.

Quòd me Socraticas meditantem Zoile chartas,
Noscas, ediderim carmina nostra doles.
Maior at Hispanis dabitur locus iste poetis,
Cum sua non dent, do posse videre mea.
His nugis tribuo, si quicquàm ignobilis oci est,
Hæc mea siue legas inuide, siue tegis.

Ex Græco.

Aurum qui inuenit, laqueum expulit, alter at aurum
Perdens, inuento mox perijt laqueo.

Ad Aloysiam Sygæam.

Auges Musarum numerum, Charitumq; Dearum,
Pieridum decima es tu mihi, quarta Charis.

Ad librum suum.

Abi, iam satis est libelle, nolis?
An semper domini sinu legeris,
Chartis conditus vsq; puluerosis?
Verè non patiar libelle nostris
Iam te deinde latere codicillis.
Ronchos anne times, ciconiasq;
Nasutos homines, malos poetas,

Grandes Rhinoceros, atq; Barros?
 Tales ne timeas libelle nasos.
 Nasuti domini libelle nugis
 Forsan quid tribuent boni poete,
 Quòd si non dederint liber, peristi.
 Petreio placeas, meo & Ruano,
 Montaniq; velis placere Musis,
 Arride salibusq; Vilchianis,
 Et doctis nimiū Hermici camenis,
 Nil antiquius, aut prius futurum,
 Ut cunctis placeas meis Iberis.
 Nec Resendius ille te repellat,
 Nec te Caelius ille, qui sonore
 Inter Lysiadas canunt poetas.
 Quòd si à vatibus inde Gallicanis
 Ornatus legeris, placere cura
 Macrino, & inucni bono Mureto,
 Et salsis bene Dampetro Phaleucis,
 Quos Valesius & creat, Poetis.
 Vulteiū excipe cum suis Phaleucis
 Contemno inuenem horridum, infacetum,
 Insulsum, illepidum, rudem, impudicum.
 Molsas, Flaminios, eos honora
 Qui Laurentia sunt & inter arua,
 Atq; ò si his placeas libelle, non est
 Ultra quòd timeas maligniorum

Epigrammatum.

*Ronchos, nec strepitus ciconiarum,
Grandes Rhinocerotas, atq; Barros,
Quòd si non placeas liber, peristi.*

Epigrammatum finis.

LAUS DEO.

*SI QUID IN HIS POETICIS
DICTVM FACTVMVE SIT CON
TRA SANCTORVM PATRVM DE
CRETAINFECTVM, IN DICTVM
QVE ESTO.*

*Ad Iacobum Salvatorem Murgensem
Iaco. Boffai Exastichon.*

*Postpositis curis Musas dum fortè laceſſis,
Et veteres vincis, vincis & ipse novos.
Carmina dum ludis tanquam moritura repente,
Carmina sunt nullo tempore digna mori.
Ergo si ludens facis hæc, quid seria sribens?
Quid si divinas carmine condis opes?*

Quisquis es,



UT OR te oratum
vult, boni consulas q̄ cū
Philosophiā ac Theolo-
giam profiteatur, poeti-
ca hac ediderit, condo-

nandum enim est aliquid etati, cum po-
tissimam partem horum ante vigesimū
annum scripserit. reliquum vero si quid
est horis festiuis ac succisuiis, Academi-
cisq̄ Vacunalibus post studia maiora &
grauiora ad Musas descendendo veluti
ad amana prata & hortos, ne vnquam
in otio esse videretur. Quod si eo animo
candido recipis lector optime, quo Autor
dat, ad maiora anhelantem iuuabis, &
Philosophica deo propitio post hac dabit.
Interim hac lege vt ingenij ac studiorū
lusus & pludia, quæ si manū, quod & il

le fecit, par erga appellentur. Id volebam
nescius ne esses, dedecus enim videtur nō
nullis, eos qui alia profitentur,
scire Latinè, quod ma-
ximè dolèdum
est.

*Incuria Typographorum factum est
vt in principio non pone
retur.*



O el doctor Antonio Lopez
Corujo prouisor è fiscal y vica
rio general en lo spiritual y tem
poral, en la ciudad y obispado
de Salamanca por el muy illu-

stre y Reuerendissimo señor don Francisco
Manrique de Lara obispo de Salamanca, y
del consejo de la Magestad Real. Por la pre
sente doy licencia a qualquier impressor pa
ra que pueda imprimir el presente libro inti
tulado Iacobi Saliuatoris Murgensis Hesperus
& alia sin que por ello cayan ni incurran
en pena ni censura alguna. Eyo por la presen
te doy licencia para que se pueda imprimir,
porque por mi fue visto y examinado el di
cho libro. Y mando que esta mi licencia se pō
ga en el principio del dicho libro para que cō
ste della. Fecha en Salamanca à quinze dias
del mes de Hebrero, año del señor, de mil y
quinientos y cinquenta y ocho años.

Doctor Antonio Lopez.

Por mandado del dicho señor Prouisor.

Pero Perez.

Errata

Numerus. 1. fol. 2. pag. 3. versum indicat.

Fol. 9. 2. 2. lacce. 10. 1. 8. Astigin fol. 12. 1. 13. occidi-
mus. Folio . 15. 2. 20. exuerant. fol. 16. 1. 24. formosa
sub astris. fol. 22. 2. 12. sic incipit. fol. 37. 1. 9. aufa. fo.
38. 1. 6. mulcet fo. 403. ibi. 2. 14. nutritus ve. 19. viuū.
fol. 56. 2. 10. stygios. fol. 58. 2. 1. & viribus ibid. 2. 5.
flauicomum. fol. 64. 1. 22. toti nubere ibid. vers. 25.
nostris incedis. fol. 67. 2. 6. carnem. ibid. ver. 23. pal-
ladijs fol. 16. 24. Syris. fol. 68. 2. 14. duci. foli. 75. 10.
dulcē fol. 87. 2. 14. prodigus æris. ibid. ver. 15. agi-
les.

S A L M A N T I C A E.
Excudebat Ioannes Canoua, anno Do-
mini Milleſſimo Quingen-
teſſimo quinquageſſi-
mo octauo men-
ſe Maio.



TOLE
BIBLIOTECA P

Sala.....

Número.....

8

OLEDO

EA PROVINCIAL

Manila



Res.

860